

J. MONTUUS
ANNOTA-
IUNCULÆ
1533









A XXXIII

16/mm

Champion

fr 275

135 –

120 –

£3/94

17/335

A39

335. **CHAMPIER,** Symphorien. **Epistola responsiva pro Graecorum defensione** in Arabum errata. — (Preceded by:) **Annotatiunculae Sebastiani Montui in errata recentiorum medicorum** per Leonardum Fuchsium collecta. — Apologetica epistola pro defensione Arabum a *Bernardo Unger* composita. 56 leaves. With woodcut arms of Champier, of Terrail, and of France and Lorraine; fine printer's device at the end. 8vo. Calf. Lyons, Benoist Bounyn, 1533. Fr. 225. —

Allut pp. 249—251. Not in Proksch etc. 120.–135

This very scarce book contains many very interesting treatises, some of which deal with syphilis and pharmacology, viz: leaf 9: Quod hispanicus morbus lichen dici possit. Leaf 23: Annotatio Campegii in Fuchsium De pudendagra, quam nostri Neopolitanum morbum Itali vero Gallicum vocant (4 pages).

We quote some of the most important tracts: Epistolae physicales Manardi, Campegii et Coronaei. — Epistola D. Coronaei ad Campegium de Avicenna novo atque Hebraeo. Epistola (Campegii) responsiva ad D. Coronaeum de Avicenna Arabe atque Hebraeo. — Epistola Campegiana de transmutatione metallorum contra alchemistas (five pages). — Defensio Avicennae, L. Frisio authore. — Epistola responsiva Campegii in defensionem Avicennae L. Frisii. — Cathalogus illustrium medicorum ac novitiorum qui temporibus nostris scripserunt, S. Campegio authore. — Annulus medici christiani S. Campegio authore. — Especially remarkable is the Catalogus medicorum of which Allut says: «Ce catalogue des médecins fameux du XVe siècle est l'œuvre de Fuchsius de Limbourg, qui y a joint celui des médecins du commencement du XVIe.» It is followed by an Index omnium Campegii lucubrationum a H. Montuo collectarum. — Fine copy.

b)

a)

ioi a) Epistola responsiva

ANNOTATIUNCULÆ SEBASTIANI

Montui artium, ac Medicinæ doctoris in errata recentiorum medicorum per Leonardum Fuchsium Germanum collecta.

APOLOGETICA EPISTOLA pro defensione Arabum a domino Bernardo Unger Germano composita.

EPISTOLA responsiua pro Græcorum defensione in Arabum errata, a domino Symphoriano Campegio composita.


Lugd. anno salutis, M.D.XXXIII.

ORDO EORVM QVÆ HVius opusculi secūda pars continet.

Epistolæ phisycales Manardi, Campegii, & Coronæi.

ENVMERATIO RERVM QVÆ HIC ANNOTANTVR.

INDEX.



Inſignia D. Symphoriani Campegii.

SEBASTIANVS MONT. SYMPHO riano Campegio, equiti aurato, omnigenarumꝗ rerum peritia eminentiſſimo, & Lotharingorum, Lugdunenſiumꝗ Archiatro, S.

ALiquot recentiorum medicorum placita ex varijs decerpta authoribus Leonardus Fuchſius vir (quantum opinor) vtraꝗ peritus lingua, & medicinalium rerum ſcientia non indoctus, cōfutare nititur argumentis rhetoricis, potius ꝙ dialecticis, ſaltem talia ſunt, vt mihi perſuadere quod moliuntur haud poſſint. quæ itaꝗ ſi libeat ingenioſo cuilibet medicinæ candidato eſſe, in re nō neceſſaria, euertere facile queat, horum aliqua (quando minutatim excutere ſingula non ſat erat otij) obiter & laconiſmo in breui ſyngrapha annotauimus. Quæ ad te omni cum morum laude, tum doctrinarum genere cumulatiſſimum legenda mittimus, quoniam cū reliquis magni nominis doctoribus te quoꝗ præter meritum Fuchſius taxare auſus eſt. Haſce igitur annotatiunculas boni conſule. Iam plurimum me tibi debere profiteor, non tam quòd honorificam de nobis mentionem ſemel & iterum in tuis monumentis facere voluiſti, quàm ꝙ Hieronymum filium in feliciſſimo tuorum diſcipulorum & amicorum albo adſcriptum intelligo. Bene vale. ex Riuoria Ianuarij Kalendis anno a Chriſto nato 1533

¶ANNOTATIO PRIMA IN-SCRIPTIONIS LIBRI.

Annotatio prima inscriptionis libri.

Libri titulus recentiores medicos dedecorat, si qua Fuchsio authoritas est: quare doctis plerisq; omnibus nõ probat huiusmodi inscriptio: & in libri authore (qui passim conuitiatur de re medica benemeritis) modestia desyderatur. pr̨etereo q, alienis superbire plumis veluti Æsopica Cornix Fuchsius dicitur: quãdoquidẽ omnia quæ vocat errata (præter pauca) ex Leoniceni opusculis, Manardi epistolis, Brissoti apologia, Benedicti anotomia, Carpiq; cõmẽtarijs excerpta sunt.

ANNOTATIO SECVNDA PRImi errati. Quod aloe primo & per se hemorrhoidum ora adaperiat.

Annotatio. 2 primi errati.

ALoen vim adstringendi, & sanguinis eruptiones compescendi habere, cum Dioscoride lib. iij. Plinio lib. xxvij. ac Gal. vj. de simpl. med. facul. consentiret Mesues, vel aliquis eius patronus. Eadem tamen hemorrhoidũ ora adaperire, & perinde ano officere, præter Auicenam & Mesuen experientia monstrat: idq; cæca proprietate efficit, vt spectatissimus Auenzoar medicus affirmat li. Thesir. j. & Moses Ægyptius libro suorũ apho. xxij. proinde non ex accidenti solum (vt putat Manardus, Fuchsiusq;) excrementa videlicet biliosa deijciẽdo, sed per se etiam sedis venas aloe reserat. Ex quo patet quod idẽ medicamen persæpe cõtrarias obtinet vires: vt probat Galenus. iij. de simpl. med. facul. & Aui. ij. cañ.

ANNOTATIO TERTIA ERRAti secundi. Quod mannam qua recentissimi vtuntur Galenus nouerit.

Annotatio. 3 errati scd'i.

MEl aereum ab Arabum manna nec forma, nec viribus differre ex vtrisq; descriptionibus depræhenditur. Vnde mannam nouisse Galenum constat,

q̄ de melle(quo Iuppiter pluit)mentionē faciat.3.de alimēt. et forsan alias.vbi permiscere cum scamonia(vt Mesues testatur libro simpl.med.& antidotarij) huiuscemodi mel docet.Quamq̄ istuc documentum in Galeni libris qui extant a nobis lectum non sit:non est tamen quod falso Galenum citasse Mesuen Fuchsius contendat:quandoquidem multa Galeni opera quibus caremus Arabes legisse ex citatis aliquot sententiis,precipueq; ex Mosis Ægyptii aphorismis perspicuum est.¶ Itaq; si quis Galeni librum de libris propriis perlegat,aliquot eius commentarios desiderabit:vt libros demōstrationum,qui edaci tempore,ac hominum negligentia interierunt,aliquot colobos mutilatosq; cognoscet(liber de Hippocratis Platonisq; placitis,vt vnum ex multis nominem ακεφαλοσ est)& permultos insigniter deprauatos inueniet: preterea librum a se editum conflagrasse conqueritur Galenus.j.de compos.medi.κατὰ γενη.

ANNOTATIO QVARTA ERrati tertii,q̄ rhabarbarum ventrem soluat et astringat iuxta veterum placita.

Annotatio 4.errati tertii.

RHabarbaro ad cōtrarios vsus antiqui vsi sunt,perinde atq; recentiores medici etiānum vtuntur:nam eo ad prægnantium vomitum libro primo,& ad tormina libro septimo,vtitur Ægineta:qui rursus ad ventris sanorum purgationem rhabarbarum benefacere scribit eodem citato libro primo. ¶ Hinc deprehenditur rhabarbarum nostrum ab antiquorum per omnia non esse diuersum,vt asserit Fuchsius in hoc vno a Manardo dissentiens:quibus tamen affirmantibus ab antiquorum rhabarbaro nostrum figura differre non reclamo:namq; natiua simplicium medicamentorum vi permanente eorum effigies ab æuo,atq; variis aliis occasionibus commutari potest.

ANNOTATIO .5. ERRATI .4.
Quod inefficax ſit Fuchſii quædam argumentatio.

Anno tatio. 5 errati 4.

HOc loci Fuchſius & paſſim aliâs à Dioſcoridis authoritate argumentum ducit negatiue, quod eſſe irritum omnes dialectici declarant.

ANNOTATIO .6. ERRATI .5.
Quod Aconitum in potu dare non ſit error.

Anno tatio.6 errati 5.

NApellum ſeu Aconitum nullus vnq̄(inquit Fuchſius) preter Auicēnam(qui.2.cañ.ſcribit napellum delere albaras linitum,& bibitum)in potu propinādū docuit.ex quo liquet Fuchſium nō lectitaſſe Plinium, qui libro nat. hiſt.27.cap.2.exarat aconitum in vſus humanæ ſalutis vertere,ſcorpionum ictibus aduerſari experiendo,aconitum datum in vino calido ea eſt natura vt hominem occidat,niſi inuenerit quod in homine perimat:cū eo ſolo colluctatur:velut pari intus inuēto.ſola hæc pugna eſt:cum venenum in viſceribus repererit,mirumq; exitialia per ſe ambo cum fuerint,duo venena in homine commoriuntur,vt homo ſuperſit.¶ Hic loci propter rei affinitatem Auſonii epigramma de vxore quę virum voluit veneno necare ſubſcribam.

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito:
  Nec ſatis ad mortem credidit eſſę datum.
Miſcuit argenti letalia pondera viui:
  Cogeret vt celerem vis geminata necem.
Diuidat hæc ſi quis faciunt diſcreta venenum:
  Antidotum ſumet,qui ſociata bibet.
Ergo inter ſeſe dum noxia pocula certant:
  Ceſſit letalis noxa ſalutiferæ.
Protinus & vacuos alui petiere receſſus:
  Lubrica deiectis qua via nota cibis.

Quàm pia cura Deum prodest crudelior vxor,
Et cum fata volunt, bina venena iuuant.

ANNOTATIO .7. ERRATI. 6.7.12. &.27. Quod picturę simplicium medicamentorum sint fallaces, & inde ducta argumenta sint fallacia.

Medico simplicium medicamentorum vim scire natiuam necessarium est, quando ex notitia subiecti & instrumentorum per quæ subiecto finis aduenit, medicinæ scientia constat: vt Galenus refert. 2. de crisibus. Idemq́; .3. &. 4. de simpli. medi. facul. simplicium vires, & potentias cognoscere scientifica doctrina docet. quem recte secut⁹ est Auicena. 2. cañ. & Mesues in regul. vniuersali. ¶ Iam simplicium medicamentorum descriptiones seu finitiones apud Dioscoridem, Apuleium, Plinium, & reliquos medicinæ doctores nõ ex genere & differẽtia essentiali, aut proprio, sed ex genere & accidentibus, quæ adesse, abesseq́; possunt pręter subiecti corruptionem cõstant. Quocirca ab his ducta argumenta (veluti ea quibus persuadere nititur Fuchsius antiquorum buglossum nostram esse boraginem, & Argemonem esse eupatorium, & turbit non esse tripolium) inefficacia omnia sunt: eoq́; simplicium medicamentorum figuras non depinxisse Galenum reor. ¶ Itaq́; talium picturas effigiesq́; fallaces esse scienter astruit Plinius libro nat. histo. 25. cap. 2. Ille siquidem tum propter cæli varietatem, & quadripartitas anni varietates, & singulas earum ætates, tum propter solum subinde mutantur; quibus commutatis natiuæ eorum facultates non semper variantur, vt supra de rhabarbaro iam habeo dictum: sicuti corruptis simplicium facultatibus aliquando eorum effigies durant: vt de persica plãta in Ægyptũ translata colligitur.

Annotatio. 7 errati 6.7.12. &.27.

ANNOTATIO. 8. ERRATI .8.
Quod armel rutam syluestrem, & harmel cicutã significet.

Anno tatio. 8 errati 8.

ARmel esse semen rutæ syluestris non autem cicutæ, prẹter Leonicenũ etiam alii recẽtiores confitentur: annotauereq́;, si bene memini, Matthęus a grado in suis. 22.3. glossematis. & author ei9 libri qui luminare maius inscribitur, vt interim reliquos omittam: & forsan verum est, saltem otiosum non est, quod ait Matthęus syluaticus Harmel apud Arabes scriptum cum aspiratione cicutam, quum vero sine aspiratione rutam syluestrem significare: ex hac enim distinctione doctorum concordia fieri potest. ¶ Cæterum non omnis cicuta (vt opinatur Fuchsius) frigida & humida letalisq́; est: sed quædã vtpote terrestris calida & sicca existit, quam etiam intra corpus salubriter adhibere iubent recentiores medici: qua de vide Conciliatorem differentia. 150.

ANNOTATIO. 9. ERRATI. 30.
Quod iuiubę sint vtile remediũ, & sebestem ventrem leniat.

Anno tatio. 9. errati 30.

TElluris ratione simplicium medicamentorum commoditates effectusq́; commutantur, vt liquet de persica planta in Ægyptum translata. 3. de simptωmatum causis, &. 2. de aliment. quamobrem Galeni patria iuiubas seu ziziphas vsui medico inutiles fuisse non inficior: nostras autem esse salutares, & maxime brancho seu raucitati, & ad alia etiam esse accommodatas præter neothericorum omnium authoritatem Rhazes. 4. suorum apho. & Mesues in antidota. experientiaq́; ipsa rerum magistra docet. Itaq́; fructum (quem sebestem aut myxam vocant) ventrem lenire Auicẽna. 2. cañ. verissime prodit, & vsu pene quotidiano

comprobauerũt exercitatissimi doctores, Ioan. Cermisonus, & Bar. Montagnana, vt vtriusq; consilia legenti manifestũ est, nosq; identidem experti sumus.

ANNOTATIO. 10. ERRATI. 31.

Quod lichen hepati benefacit.

Aliquot simplicium medicamentorũ effectus, & permulta alia quæ priscos latuerunt, posteriores (quos scite ille ait pueros esse in collo gigantis, & perspicaciores esse. 10. pbl. 45. Aristol. insinuat) dietim reperiũt, quod Galenus futurũ prædixerat libro cuius titulus, adhortatio ad bonas artes. ¶ Hinc liquet hallucinari cum Leoniceno Fuchsium, qui lichenem seu hepaticam hepati non cõferre contra Platearium, & iuniores medicos astruere non veritus est: quia illam veteres iocinori prodesse in monumenta non retulerunt. Pari argumentatione, aut paralogismo potius, cassia Arabum (quæ aliquibus siliqua Ægyptia dicta est) cuius salutaris ad leniendam aluum vsus, prorsus inutilis censenda est, quoniam antiquis incognita fuit. Ideq; de camphora, myrabolanis, sandalis, moscho & ambra affirmare liceret, q̃ istæc (sicut alia pleraq; saluberrima quibus iuniores vtũtur) priscos ignorasse cum Auerroe. 5. Collig. docti fatentur.

Anno tatio 10. errati. 31.

ANNOTATIO. 11. ERRATI. 35.

Quod cantharidum pedes non semper proiicien-di sint.

In cantharidũ exhibitione non semper pedes esse proiiciendos docet Galenus, qui integras id est cum pennis, capite, & pedibus cantharides impendit. 11. de simpli. medi. facul.

Anno tatio. 11 errati 35.

ANNOTATIO. 12. ERRATI. 38.

Quod Rhabarbarum dysenteriæ conferat.

Anno tatio 12. erra ti. 38.

RHabarbarum ad dysenteriç curationem benefacere, ex veteribus (modo qui neothericus est inter priscos locum teneat) libro. 7. Ægineta ostẽdit, qui etiam ad subducendam sanorum aluum rhabarbaro vtitur, vti patet libro primo. proin in huius errati confutatione bis aberrat Fuchsius.

ANNOTATIO. 13. ERRATI. 40.

Quod in calculorum curatione clysteres cõducũt.

Anno tatio 13. erra ti. 40.

AD renum calculos curandum clysteres benefacere Galenus ipse demonstrat, libro de renum aff. Compertum est (inquit) enematis iniectione renalem dolorem esse mitigatum, vel ꝙ ab ea vacuatione ren aliquis non sit amplius compressus, vel ꝙ ex stercore nulli postea flatus prodierint, qui in renes potuerint impingere, quibus comprimeretur, distenderetur q́ꝫ ren, qui imbecillis est. Non tamen illorum sententiam probo, qui assidua clysterum iniectione ægros (vt Fuchsius loquitur) excarnificant. Quinimo imprimis cauendum est, vt Plinius ait libro nat. hist. 17. cap. 27. ne ex remediis vitia fiant, quod euenit nimia, aut intempestiua medicina. Galenus quoq́ꝫ in morborum omniũ curatione dextrum vsum necessarium esse narrat. libro Therapeu. meth. 6.

ANNOTATIO. 14. ERRATI. 41.

Quod medicina purgans hnmorem non trahat ratione manifestæ similitudinis.

Anno tatio 14. errati 41.

SI similitudo causa esset, quare purgatoriũ medicamentum humorem traheret, ferrum vt inquit Auicẽna. 4. pri. certe ferrum attraheret, quando illi dominaretur. & aurum itidẽ aurum traheret, vbi sua quãtitate illi præualeret. Iccirco solutiuum medicamen humorem non attrahere, ꝙ sit humori simile, secundum manifestas scilicet qualitates, verissime tradit Mesues in. 1. cañ. vniuers. nec ab Hippo-

rate lib.de na.hum.aut à Galeno.3.de simp.med. facul.de occultę qualitatis(quam vocant proprietatem)similitudine loquentibus dissentit. Galenus enim cum aliàs tum.5.de simplic.medic.facult. libro palam confitetur purgantia omnia medicamina qualitatis familiaritate:id autē est totius essentiæ similitudine attrahere, ceu quæ nutriuntur familiaria nutrimēta atrahūt:id quod Ægineta libro septimo corroborat, ita scribens. Sciendum quod pharmaca purgandi facultate predita non simplici quadam temperatura, verbi causa caliditate euacuant. Oporteret alioquin cūcta calidi temperamēti euacuandi vim obtinere, veluti piper, sed insita quadam totius essentiæ proprietate. Quemadmodum magnytes lapis ferrū ad se trahit. ¶ Amplius quòd solutiunm medicamen humorē per proprietatem trahat loco citato probat Mesues. &.4.pri.innuit (licet subobscure) Auicēna, inquiens solutiuum medicamen soluit vi tractiua, qua ipsummet humorem trahit. Et fortasse trahit crassum humorem & tenuē relinquit, vt quod atram bilem soluit, efficere solet. ¶ In summa, purgans humorem medicina illum non trahit, vacui, aut caloris, aut alterius manifestę qualitatis causa, ergo proprietatis ratione trahit. ¶ Adde ꝙ omnis actio fit a contrario, vt declarat Aristoteles primo de gen. & cor. Humoris autem attractio à solutiua medicina actio est. Tenacissimi humores à medicamine per vim ducunt.3.de tēp. huiusmodi igitur attractio à contrario fit, ac consequenter à dissimili. ¶ Ex iis patescit Manardum atꝗ Fuchsium per calumniam taxare Mesuen, aut illos alioqui literatissimos doctosꝗ falli ab homonymia, quæ vt scite Galen⁹ docet primo therap.methodi, parit cauillationes, ideoꝗ prius in certas significationes diuidenda erat, si Galeno.3.de simp.medi.facul.aut Aristotelicis credim⁹ in elēchis. ¶ Iā vero cæca proprietas oībus ferme rebus inest, teste Galeno.3.de tēp.& 3.de simpl.medi.facul.quod etiā Platonis testimonio asserit Mesues in primo cañ.vniuersal.quę etiā euidentissime manifestatur inter alimentum & alitum, vt cum alibi, tum.4. &.6.de tuenda sanit. Galenus ostendit. Per hanc quoꝗ dis-

cordia rerum concordiaq́ʒ fit: quam totis naturalis historiæ voluminibus docere,& mandare conatus est Plinius,vt ipse refert lib.37.cap.5. ¶ Porro proprietas quia intenditur,remittiturq́ʒ mixti substantialis forma non extat,verum qualitas est,quæ occulta phibetur,ꝙ in manifestas qualitates nõ ascribatur,tum ꝙ nulla demonstratione,sed sola experiẽtia monstrari queat.quocirca proprietatum scientia non est,vt in primi ꝓblem.prologo indicat Alexãder Aphrodiseus, & primo Thesir Auenzoar.&.1.canticorum cõm.31. Auerrois.Earum tamen cognitio medico necessaria est,siquidem ex indiuiduorum,remediorumq́ʒ proprietatũ notitia propria morborum curatio pendet,vt.3.therap.metho.&.1.ad Glau.colligitur. Atq́ʒ hinc est,quod nullus in consummatũ aut perfectum medicum euadere potest,vt Auerrois effert 7.colliget. quam sententiam à Galeno ex.3. therapeu.methodi mutuatus est.

ANNOTATIO. 15. ERRATI. 42.

Quod vacuatio materiam diminuẽs ante concoctionem etiã non turgentibus humoribus vtilis sit.

Anno tatio 15.erra ti.42.

VAcuatio quædam est,quæ morbi materiam diminuit,& quædam quæ totam fere materiam educit. Illam nono Almans. & Auicẽnæ glossematarii minoratiuam seu diminuentem, hanc vero eradicatiuam siue exquisitam vocãt. Vtraq́ʒ phlebotomia atq́ʒ purgatione fieri potest,vt clarissimũ est. ¶ Euacuationem quæ morbi materiam minuit,qui non turgentibus humoribus concoctioni prẹmittũt,Hippocratis & Galeni dogma sequunt, tantum abest vt errent. Etem̃ Hippo.2.aph.29.scribit. Quũ morbi inchoant,si quid mouendum videtur,moue. Et Galenus in cõmet.circa initia inquit illorum morborum in quibus speratur ẹgrotum conualiturũ tentã dum maiora afferre remedia,de quibus Hippo.dixit. Si quid videtur mouẽdum,moue. Sunt autem hæc maxime,venæ sectio,nõnunq́ʒ

vero & purgatio. Quorum nihil oportet morbo iam consi-
stēte adhibere: vt enim in libro de crisibus manifestauimus
coctiones tunc maxime fiunt. Vt igitur hæ citius eueniant,
melius est circa principia euacuare, quo minorem iam factā
materiam possit natura concoquere. xi. quoq; Therap. me-
tho. Venæ sectionem quæ febrium materiā minuit, laudat.
saluberrimum esse inquiēs in febribus venam incidere, nō
continuis modo, verumetiam omnibus quas putrescens hu
mor concitat, vbi præsertim nec ætas, nec vires prohibent.
Leuata namq; quæ corpus nostrū regit natura, exonerataq;
eo quo veluti sarcina premitur, haud ægre quod reliquum
est vincet. Itaq; proprii muneris haud oblita & concoquet
quod concoqui est habile, & excernet quod potest excerni.
Manifestum inde est putrescentē febris materiam circa ini-
tia fere semper vacuatione esse minuendam. Idq; salutare
esse illi celebres Auicēnæ expositores Gentilis & Herculan⁹
prima. 4. cañ. asseuerāt, nosq; multis experiētiis addidicim⁹.

ANNOTATIO. 16. ERRATI. 44.

Quòd coniunctam causam non semper tollit Galenus.

Annotatio 16. errati. 44.

CAusæ coniunctæ definitionem Auicena (quem hoc loci prȩter meritū lācinat Fuchsius) mutuatus est a libro introductorii vel diffinitionū, quē inter Galeni cōmētarios adnumerat Fuchsius hoc in opusculo, & Leonicenus lib. de morb. gallico. Qui tamē alibi de causis cōtinuis (quē hactenus videre nō potui) librū citat, in quo Galenus causas coniunctas non posse assignari disputat cōtra Stoicos. Porro causa cōiuncta vt libro citato finitur, est quæ quū prȩsens est, eius quoq; effectus adest: quum vero definit, etiā effectus euanescit, nec dispariliter causam coniunctā fcd'a. 1. definiuit Auicēna. Ex qua descriptione nō sequi video causam coniunctam esse affectum principaliter lædentem operationem, vt Fuchsius infert, sed potius esse immediatā morbi occasionem, & offensæ actionis mediatam. Morbifica em̄

causa in externam & internam scinditur.1. Therap.metho. & aliàs.¶ Et hæc secari potest in mediatam,& eam quę medio caret,atq; hanc coniunctam vocare causam nihil prohibet,vt febris humor putrescens mediata causa est.fumus autẽ qui a putri humore spirat,sustolliturq́;,à quo cordis corpus calefit continens & sine medio,occasio est.¶ Attamen ab hac non ita pendet febris,vt in fieri totam essentiam habeat,quum aliquid facti habere omnẽ morbum necesse sit. Quandoquidẽ omnis res pręter naturam,aut saltem omnis ægrotatio ens permanens est:vt manifestat Galenus.2.therapeu.metho.Quo fit vt pręter hecticas plures sint febres factæ,isto loquendi modo,atq́; ob id ipsum continuã causam (vt remur) tollit Galenus. Quam tamen alibi vt libro defi. & introduc.definiuit.Illamq́; statuit.1.de symptω.causis,& 7.aphoris.com.30.

ANNOTATIO.17. ERRATI.43.

Quod lepra elephantiasim significet scd'm Gręcos.

Annotatio 17. errati 43.

צָרַעַת Id est sarahath,hoc est λέπρα.quod vocabulum in sacris literis psoram,elephantum,& vitiliginem significare ex Leuitici cap.13.facillime intelligitur.Inibi enim lepræ indicia enarrantur,quæ non tantum coloris cutisq́;, verum carnis etiam vitium(quod cõtagionem pręstat) præ se ferunt,eoq́; à mundis leprosos separare iubet Mosis lex. Accedit q̃ in Græcorum euangelio inter præcipua Christi miracula lepræ sanatio computatur:non facilis igitur morbus lepra græcorum est,qua de re lepræ nomen apud Græcos etiã & pro cutis affectu,& pro elephantiasi accipi puto. Quẽadmodum satyriasis iuxta eos diuersos affectus denotat,nempe elephãtum ac pudendorũ lãguorem,vt in Alosi morborũ nostro libello sic manifestauimus. ¶ Satyrias dicitur de elephante:hoc mali dum incipit satyriasmum vocant,quia satyris similes facie redduntur,li.de tum.cõtra naturã,in morbo qui satyria dicĩ præabũdantia fluctionis,aut flatus crudi in partes faciei decumbentis facies animalis diuersi &

uersi & satyri apparet. Aristoteles.4.de gen.ait.satyriasis item effertur de pudẽdi prẹter naturam erectione.2.Therapeu.meth.De quo diffuse agit Ægineta lib.suæ medicinæ.3.

ANNOTATIO. 18. ERRATI. 45.

Quod hispanicus morbus lichen scite dici possit.

ISthuc morbi genus quem gallicum morbum indigitat, quodq́ in reliquas etiam nationes populatim grassatur, lichenem nominare nihil vetat: si a symptωmatibus morborum nomina interdum mutuari licitum sit, vt Galenus monstrat.2.therapeu.metho.quem sequitur Auicenna scd'a.1.cañ.namq́ hoc affectos morbo λιχὴν magna ex parte concomitari solet.

Annotatio 18.errati.45.

ANNOTATIO.19. ERRATI. 38.

Quod in costali morbo vena quæ ex opposito est lateris affecti secanda sit.

QVænam vena in pleuritidis curatione secãda sit, antiqua difficilisq́ quẹstio est: antiquam esse palam liquet, quod eius (qui ante Galenũ floruit) Celsus meminit libro.2.cap.9. Difficilem quoq́ faciunt variæ ea de re, & concertantes illustrium doctorum sententiæ, quas doctis distinctionibus inuicem cõcordare operæpretium esset, ne mutua dissensio suspectas eas reddat. Adde quod iniquum est vni præ aliis absq́ demonstratione fidem adhibere, vt colligitur.1.de alim. Hanc lampada tibi trado ornatissime Campegi, qui πολιύστωρ es, & natura πολυγάφοσ esse videris. Interea tamen Hippocratis verba contra Fuchsium (qui solo authoritatum aceruo argutatur) subiungam: quẹ Arabum placita roborare, & recentiorꝫ opinioni quadrare videntur. Hippocrates enim libro de nat.huma.de phlebotomia loquens præcipit, vt cultellus ꝗ longissime à loco vbi dolor est, & sanguis cogi didicit, adigatur. & libro

Annotatio 19.errati.38.

de ossium nat. idem imperat. Vena (inquiens) profundatur procul a loco dolore affecto, sanguinisq; coactione. ¶ Neq; tamen ignoro Galenum in com̃. libri de nat. hum̃. dicere, eã libri partem quæ disserit de venis spuriam esse & suspectã. Similiter pręcepta quę liber. 4. de rõne vict. in acutis morb. continet, non Hippocratis propria, sed notha esse credũtur. Quamobrem huius libri authoritas (qua Arabes conuince re Fuchsius conatur) ęque paruifacienda est. Et nullus, quod sciam, hactenus dilucide probauit illos errare, qui in pleuritide plethorici corporis, fluente etiamnum materia, basilicam quæ ex opposito est lateris affecti incidendam contendunt. Veteres autem aliquot venam quæ è directo patientis lateris est secare iusserunt, quoniam (vt opinor) eorum seculo homines in victus ratione fere non peccabant, ideoq; plethoricis dispositionibus minus affligebantur, id quod Galenus insinuat. 6. apho. com̃. 28.

ANNOTATIO. 20. ERRATI. 49.

Quòd in tertiana febri purgatio cõueniẽs sit, & magna ex parte necessaria.

Annotatio. 20. errati 49.

PVtridarum febrium omnium curatio est malæ temperaturæ fientis sanatio. Nam omnis morbus qui est qualitatis alteratio, siue immaterialis, siue materiosus sit, sub malæ temperiei morbi genere reducitur. Siquidẽ simplicium morborum genera tria dumtaxat esse. 2. microtech. & libro de dif. morb. & sc̃da. 1. cañ. patescit, & febris omnis essentia in genere caloris pręter naturam continetur. primo de dif. febr. Malæ autẽ temperaturę fientis qm̃ ea morbꝰ nõ est, nisi sc̃m partem, vt colligitur. 2. therapeu. metho. & 3. microtech. (vnde libro de phlebotomia febris pathema for tassis dicitur) curatio nõ est vera sed mixta ex vera, quæ maxime in soluẽdo morbo intelligit & ꝓuisione, cuius officiũ est causam quę morbum creat adimere. 11. therapeu. metho. & 3. microtech. Indeq; intẽtio duplex orit, vna quæ febris,

altera quę causæ efficiēti cōtraria est. Aduersa febris intētio est alteratio ad frigidum & humidū. Est em̄ febris calida & sicca passio.1.aphoris.com̄.16.eoq́; primo de morbis scribit Hippocrates. Qui calida febre moriūtur,oēs siccitate pereunt: namq́; immodica caliditas reddit corpus siccius. prīa 1.can̄. Cōtraria causæ efficienti intentio aut alteratio est,quę putredinem finiat manente adhuc substantia,aut euacuatio quæ totam ex corpore causam educat,vt docet Galenus.3. microtech,atq́; ibi vnāquāq́; causam rescindere præcipit, deinde ad illā quæ ab eadē caūsa facta est,ægritudinē accedere.&.11.therap.metho. Non potest inquit ad perfectionē vllus affectus sanari,manēte adhuc ipsa vnde natus est causa. Ex quibus colliquescit recentiores Medicos nō aberrare, qui medicamentis febricitantes tertiana exquisita purgant: & licet istos alteratio plus iuuet q̄ vacuatio,vt scribit̄.1.ad Glau. Inutilis propterea euacuatio nō est. Istis accedit,quod Galenus nō de purgāte medicina ibi loquit̄,sed de euacuatione quæ p marinas aquas,& alteratiōe quę dulcib⁹aqs fit.

ANNOTATIO.21. ERRATI. 39.
Quod in plethora non semper sit humorum omnium ex æquo abundantia.

Falsum est quod putat Fuchsius in plethora humorū omnium ex æquo abundantiam semper esse. Siquidē in ea sanguis vehemēter potest præcellere,aliorum humorum nullus,si Galeno credimus libro de plenitud. Hinc itaq́; deprehenditur,quomodo in plethora sit succorū ęquabiliter se habentium redūdantia,vt definit Galenus.2.&.3. de tuend.sani.&.4.&.13.therapeu.metho. Nam tum ęquabiliter se habent,quum in sua qualitate quatuor iuxta proportionem perstiterint humores. Humorum autem ꝓportionem (authore Aphrodiseo.2.problem̄.8.)sic natura statuit,vt sanguis cęteris omnibus materiis esset largior,pituita locum teneret secūdum,bilis flaua tertio loco haberetur.

Annotatio 21.errati.39.

Atra bilis fortis esset postremę. ¶ Iam vero plenitudo partitur in plethoram & pituitosam biliosam, & atrabilarem repletionem, siue in albam subpallidam, atq; nigrã copiam in quarum singulis sanguinem simul coauctum esse oportet: etem̃ si sola pituita aut pallida, aut atrabilis bilis superet: nõ plenitudo, aut plethora, sed cacochymia (vt Galenus scribit lib. de plenitudine) appellaret. Vnde præter plethoram tres esse plenitudinis species, & plenitudinem de plethora prædicari, non item de cacochymia conspicuum est

ANNOTATIO 22. ADVERsus neothericum quẽdam herbariũ, Quod efficaces sint variorum remediorum mixturę.

Annotatio 22.

In medicamentorũ mixtura medic⁹ naturã ęmulatur.

Medicamentorũ duplex peritia.

PHarmaca quæ plurimis ex rebus conficiũtur Plinius libro. 24. & 29. capi. vtrinq; primo taxat. Plutarchus item. 4. decade τῶν συμποσιακῶν Erasistratum citat huiusmodi mixturas improbantem: hos sequitur quidam neothericus herbarius, ac istis (qui componendorum medicamentorum rationes ignorauerunt) præ aliis medicinæ doctoribus absq; demonstratione fidem adhibet: nec intelligit si medicamina fere omnia compositas obtineant vires: vt probat Galenus. 3. de simpli. medi. facul. in medicamentorum cõpositione medicum vt aliâs semper hic etiam imitari naturam. ¶ Est igitur medicamentorum duplex peritia: altera de eorum virib⁹, altera de compositione, atq; præparatione. 3. Therapeu. metho. qua si Plinius Plutarchusq; docti fuissent, opinionẽ cõmutassent, stylumq; (vt dicitur) vertissent, quia philosophi, ideoq; mendacii osores, & veritatis amatores fuerũt. Illam docet Galenus libris de simpli. medi. facul. & Auicẽna. 2. cano. Hanc vero tradit libris qui de medicamentorum compositiõe sunt inscripti κατὰ γένη & κατὰ τόπους Galenus, & Auicẽna. 5. cano. Ex quibus locis efficaces saluberrimasq; esse variorum remediorum

mixturas ac merito θεῶν χεῖρες a quibusdam vocatas intelligere licet. ¶ Isthæc raptim & subsultim istis nataliciis festis notauimus, quæ pro saturnalitio tibi munere damus: hoc nouo ineunte anno. exiguum munus accipito placide.

ANNOTATIO. 23. QVOD IN PEstilenti febre in qua mẽbra fuscis maculis commaculantur, renes infrigidare licitum sit, ex apologia Hier. orei cum art. tum medicinæ doctoris, aduersus cuiusdam aspergines Lugduni edita. 1532. Iunii. 7.

Annotatio. 23.

QVendam nob. iuuenem ac picrocolum superioribus diebus febris à cholera notha putri pendens male habuit. Huic nos rogati, consilium dedimus qualecunque nostrum, quandoquidem consilio dũtaxat curare medicum iubet, & suadet Auenzoar in suo Thesir. consilium vocans quod â medendi methodo, & ab arte quæ multifaria paratur exercitatione nascitur.

Consiliũ qd.

¶ Methodus autem omnis per indicationem fit. 2. Therap. Et prima indicatio ab effectu desumenda est 3. Therapeu. Affectus autem vel fuit mala complexio materiosa (hoc dico propter glossematarios, qui ambigunt an febris sit calor qui est qualitas prima, an mala temperatura) vel ad illam reduci debet, quia lapsuũ genera eadem his sunt, quæ virtutem perficiunt. 2. microtech. Proinde affectus indicauit vtendum esse non solum curatione vera, quæ maxime in soluendo morbo intelligitur, sed etiam mixta ex prouisione quæ competit causæ efficienti, & vera: vt colligitur. 11. Therapeu. & 7. eiusdem. & 3. microtech.

¶ Quamobrem morbo contraria vtpote alterantia frigida consuluimus: nam à morbo indicatio quæ sumitur est contrarietas. 3. microtech. & 11. Therapeu. & humida omnis febris qua febris est refrigeratio, & humectatio remedia sunt.

9. Therapeu. Febris enim calida,& siccca passio est, prima aphoris. commentario. 16. Vnde qui calida febri moriũtur omnes siccitate perire inquit Hippo. 1. de morb.

¶ Ad causam efficientem contraria etiam ordinamus. Siquidẽ omnes causæ morbificæ per cõtraria etiam curantur 2. apho. commẽtario. 22. Nec est quod aliquis obiiciat, quod nulla causa indicat, quia externa tantum ad effectus cognitionem conducit, & non ad curationem. 4. Therapeu. & . 5. de tuenda sanitate, & interna prouidentiæ tantum præstat indicationem. 12. Therapeu. quæ omnia fatemur vera esse in curatione vera, nõ item in sanatione mixta, siue in morbis factis isthæc intelligenda veniunt, non item in his quæ adhuc fiunt.

Præter hæc a symptωmatibus (non tamen quatenus symptωmata sunt, sed ex accidenti) indicatio aliquando desumẽda est, iuxta illud, Actionum offensæ si cõtristant sollicitudinem medici ad se conuertunt, affectumq; deserere cogunt. 12. Therapeu.

Quocirca quoniam ægroto (de quo agimus) lumbi, & renes ex calore impense dolebant contraria causæ efficienti ordinauimus ad huncmodum. ℞. vng. al. Gal. vng. populeonis añ. ℥. ß. misce pro vnctione renum.

¶ Et hinc orta est magna tragœdia: nam quidã medicus acerrimus aliorum conuitiator, rixatorq; (vt reliqui huiusce vrbis doctores fatentur) de illis scilicet quorũ patres comederunt vuam acerbam, me aberrasse, clam me (nam tum distabam ab ægro plus minus. 20. lapidibus) sed corã languente affirmabat, ob id ipsum quod certis ægrotus maculis (quas medicorum vulgus morbillos appellat) in cutis sup̃ficie se cũdũ parteis superiores infectus erat, atq; me, si diis placet, homicidã esse occlamauit, quod vt cognoui, ad eum cuidam literas dedi, quas subiiciam.

HIERONYMVS OREVS G.S.Catal. S.

DOmine G. non sic me male habet φιλαυτία, vt labi me credam non posse, quando ille vere diuinus Hippocrates à futuris se deceptum memoriæ prodit. 5. Epid. lib. ex quo Celsus inquit lib. si memini. 8. Leuia ingenia, quia nihil habent, nihil sibi detrahũt, magno ingenio, multaq; nihilominus habituro conuenit etiam simplex erroris confessio. Tamen me lapsum esse adhuc non cerno. Duntaxat te meam apud ægrotum opinionem improbasse audiui: vnà cum aliis doctoribus narrante pharmacotriba: tu: & melius, & rem facies doctore dignam, & nobis gratam, si me errores meos tuis literis vel coram doceas, & boni consulam. Vale.

ILle non epistola, sed verbo mihi a casu obuius respõdit, me aduersum hos Hippocratis canones egisse, ἐρισίπελας ab exterioribus verti ad interiora non est bonum. Item quæ ducere oportet, quo maxime natura vergit per loca conferentia eo ducere. quas sententias suprascriptis indicationibus non aduersari ex prælibatis clarissimũ est.

¶ Vnguentum enim in hoc ordinatum fuerat, vt renum, & lumborum dolores leuaret: quod etiam remedium salubre erat febris ratiõe, siquidẽ renes infrigidãtia, cor, hepar quoq; infrigidãt, quũ renũ calor pẽdeat à corde, & hepate per consensum arteriarũ, & venarũ, lib. de re. aff. Vides ergo manifestã calũniã, quã do nulla mihi fuit intentio materiã erysipilatis introrsum cõuertere. Adde quòd ante apparitionem egressumq; illarum macularum vnguentum illud ordinaueramus. Hinc colligere licet quantæ ille doctrinæ fuerit, qui hasce cutis infectiones erysipelas esse diiudicat.

¶ Et quid prohibet egressis maculis siue morbillis renes infrigidare? quum morbilli magna ex parte in thorace ac scapulis nascantur, vtpote a bile humorum leuissimo affecti prima. 4. teste Auicenna, cui natura est, vt rei leuis conscendere. Itaq; inquit Galenus humores calidiores in subli-

miores parteis decumbunt,frigidiores in infernas.1.epi.cō= mentario primo.

Demus etiā (si ita placet) quod ex morbillis aliquot fuerint in dorso secundum renes:quæ noxa fuerit illos introrsum verti (difficillimum tamen esset materiam adeo leuem in cute existentem,& extra venas in altum corporis descende= re,seu vasa repetere) quū lumbi,& renes non sint principes partes,& renum substantia firma sit,lib.de reñ.aff.

¶ Accedit quod variolæ,& morbilli fiunt ex residuo mate= riæ menstrui,ex sententia omnium Arabum, & maxime Auicennæ prima.4.& quum talis materia in sanis nobis iandiu aliquando lateat,illam parum malitiæ obtinere in confesso est.Quare si introrsum conuersa fuisset (saltē secū= dum exiguā portionem) leuis noxæ vel nullius causa fuisset.

¶ Quid quod Auicenna quem ille balbus balbum sequitur in curatione Althoim,hoc est bubonis pestiferi remedia re= primentia adhibet.3.4.ob tutelam emunctorii,& ignobilis mēbri:sed in bubone pestifero,& carbūculo materia crassa, & maligna est.14. Therapeu. Tu ex minore collige maius affirmatiue ex regula.2. Top.Aristo.si licet materiā vene= nosam ob tutelam ignobilis membri ad interiora conuerte re,licebit etiam non venenosam,vel minus malā introrsum vertere ad leuandum nobiliorum membrorum grauem do lorem. Tamen quæ ducere oportet quo maxime natura vergit per loca conferentia eo ducere.2.apho.Igitur mor= billi ad interiora verti non debent,concedo:non tamen se= quit,ergo renū dolor curādus nō est.Ignorat enim ille dys= colos seu contentiosus quod scire conuenit,quod quum in= dicationes ex aduerso pugnant, committendum non est,vt inquit Galenus.7. Therapeu. vt dum alteri minimum sis intentus,alterius omnino obliuiscaris:sed vtriusq; memor quoad licet vtrunq; misceas.Huc etiam refer quod Galen⁹ alibi scribit,puto.4.de compo.medica.κατὰ τόπους nul= lum symptωma ita ægrum molestare sicut dolor.

Sequitur annotatio.24.

ANNOTATIO. 24. EX EADEM Hierony. Orci Apologia. Quod maculę seu stigmata pulicum morsibus non dissimilia quæ in cutis superficie per febres pestilentes (quæ nunc populatim grassantur) comparent, morbilli non sint.

Omnis morbillus est variola cholerica, teste Auicenna prima. 4. cano. At stigmata huiusmodi biliosæ variolæ non sunt, siquidem pustulæ, & abscessus omnes variolæ existunt, si Auicennæ credimus loco citato. Maculæ autem iste papulæ, aut abscessus non sunt: saltem visus tactusq; indicio: & fluentis substantiæ morbi facillime deprehenduntur, quoniam oculis maxime patent. libr. de morb. diff. 2. microtech. &. 1. de differen. feb. Stigmata ergo isthęc non sunt variolę. Hinc itaq; ea nec morbillos esse deprehenditur. Namq; cui adimitur genus, ei etiam adimitur species, vt ait Aristoteles. 4. topi. Habent tamen aliquam cum morbillis similitudinē cum in essentia, tum quod morbilli variolęq; (quas Græci ἐξανθήματα appellant, quoniā turgentium ad florem gemmarum modo tument: & latini, vt Galeoto Martio placet varos vocant) cum febribus continuis pestilentibusq; nasci solēt. De morbillis. 2. epi. Hippocrates scribit ad hanc sentētiam. Pustulæ milio, vel culicum morsibus similes in febribus æstiuis circa septimum, octauū & nonum diem lęsionis auditus signum. De variolis in febre natis. 1. epi. Papulæ ait cum sudore rubeæ, rotundæ, paruæ, varis similes permanebant, nec abscessum faciebant. Idē de toto genere inquit. Quibus in assiduis febribus pustulę toto corpore pullulant, mortiferum est. lib. de coacis prænoti. Galenus etiam. 5. Therapeu. metho. narrat exanthemata nigra toto corpore apparuisse ijs qui a peste euasuri erant. Ex ijs liquet quod interdum similitudines eruditis etiam medi-

Anno 24.

cis, ac multo magis indoctis errores, ambiguitatesq; pariunt, vt. 6. epi. memoriæ prodit Hippocrates.

ANNOTATIO. 25. EX EADEM Hierony. Orei apologia. Quod prelibatæ maculæ nullam seorsum curationem exigant.

Anno tatio 25.

NVllum visile symptωma curationem exigit: nam vt inquit Galenus, genus symptωmatis quod in affectibus consistit, alterius quem curare oportet affectus est signum, ipsum tamen nullam seorsum curationem exigit, vtpote cum affectu vnde nascitur vna cessans 12. Therapeu. methodi. ¶ Maculę autem de quibus agimus sunt visilia symptωmata, quia colores præter naturam, qui ab excremento foras elato, cutemq; illinente efficiuntur, vt claret ex. 3. de sympt. caus. Iccirco illę curationem non exigunt, siquidem potius corporis turpe quid sunt, q̄ morbi, vt colligitur ex Hippocra. lib. de morb. qui extra. & Auic. sc̄da. 1. cano. quid quod pene ineptiæ sunt, curare varos, & lenticulas, & ephelidas, vt tradit Celsus in. 6. cap. 5. ¶ Inde manifestum est illos perniciosissime hallucinari, qui hosce cutis colores siue maculas in assiduæ febris incremento, vel summo vigore (tum enim se magna ex parte produnt) diaphoreticis medicamentis, hoc est calidis siccisq;. 5. de simpl. medi. facul. contra indicante etiam acuta febri (quæ calidis, ac siccis medicaminibus augetur. 2. apho. glossa. 29.) curant. Multumq; discrepant à Galeno, qui vel circa principia acutorum qui turgēt affectuum, veretur vsum purgantis medicaminis: ob id quod omne id generis potentia calidum, siccumq; sit. 1. apho. glossa. 24. Attamen nocui succi maior vacuatio cum minori virtutis offensa in acutorum principio fit purgantibus medicamentis, quàm diaphoreticis fieri possit, in incremento vel statu, in quo melius est quietem habere, vt iubet Hippocrates sc̄da apho. 29.

CONCLVSIONES, ET COROLlaria ex Petri Alphonsi Hebræi libro de bello Dei.

Medici recutiti marrhaniq; omnes ex Thalmutidæ legis pręcepto Christianos medicaminibus occidere debent. Cōclusio.j.

¶ Vnde illi suæ legis præcepto obedientes Christianos vel grato animo necant. Corollariū.

¶ Verum hoc ipsum mercede faciunt, ex legis etiam iussu, vt fides eis sit, & facile disperdant. Cōclusio.ij.

¶ Quo fit, vt qui de illis consilium salutare quęrunt, magno vitam periculo exponant, ac perinde mortaliter peccant. Corollarium

¶ Pharmacopola recutitis marrhanisq; medicis gratiam fauoremq; concilians, nequam homo est, & homicidiorum conscius. Cōclusio.iij.

¶ Quocirca a tali medicamen recipere nullus debet. Corollariū.

τέλοσ.

EPISTOLA RESPONSIVA AD dominum Sebastianum Montuum Riuoriȩ dñm à domino Symphoriano Campegio equite aurato, ac Lotharingorum Archiatro composita.

Reddita sunt mihi (spectabilis doctor) pulcherrima in errores recentiorum medicorum per Leonardum Fuchsium collectos tua opuscula. His ego sum ita delectatus, vt non verear te rogare, ne vnq̃ cesses ab istiusmodi mercatura, quȩ perutilis est, & doctis omnibus periucunda. Quod autem intelligere ex me petas, quid antiqui philosophi, ac medici senserint de Fuchsii erratis, repetam paulo altius. Nam aliter opinati sunt, qui ab Italica philosophia, aliter qui ab Attica, & aliter qui ab Arabica, & barbara fluxerũt. Duo enim esse medicinæ principia arbitror te non latere, alterũ atticum, à quo & latinum originem habuit, alterum Arabicum. Hippocrates cous, ac Galenus atticȩ medicinæ principes fuerũt. A quibus & latini vti fuere Cornelius Celsus, & Plinius multa acceperunt. Fuerunt & illustres & si barbari, Arabes, nonnulli, vt Auicẽna, Auerrhous, Auẽzoar: verum Hippocrates, Galenus, Celsus, Plinius, Cato censorius, Antonius musa antiquiores & doctrina ac eloquio fuerunt. A Plinii enim tempore complures lingua externa, ac arabica scripserũnt: quo quidem barbarorum feritas Italiam, Galliã, Germaniam, ac Hispaniam inuasit: & magis literarum decus, q̃ vrbiũ ornamenta sustulit: ex qua nobili studiorum strage medicinæ vilitas orta est, inconstantissimaq; omnium artium facta. Tua mi Sebastiane in Fuchsium Annotamenta ita legi, vt Pȩdiam Cyri Cicero, aut Scipio legisse feruntur. Quorum vnus manibus sepe legẽdo attriuit, alter nunq̃ dirimens, licet

Duo medicinæ prĩcipia. Attica lectio græca.

A Plinii tp̃e barbari scripsere.

In Fuchsium annotamenta.

Cicero, scipio Pȩdia Cyri ꝑsarũ regis.

a se separauit. Hinc fit miro tenear desyderio cętera videndi: delectat namque me plurimum filii tui Hieronymi lectio, & afficit, tum quod docta est, diserta, locuples, varia: tum quod repræhendi non potest, nisi cum illo etiam Hippocrates, Galenus, cæterique græci illi ac latini reprehendantur. Tota enim fere eius lectio ex grecis ac antiquis est, qui eo venere, vt ex eis vltra omnẽ aleam positis neque addi possit, neque detrahi. Tota enim Hieronymi doctrina ex grecis ac latinis est. Tua autem prout tempus tuę iuuentutis ferebat, cum octogenarius sis, ex Arabibus, Pœnis, ac Israeliticis dependet. Hieronymus doctrina Atticus, atque Latinus. Sebastianus vt canus Arabs, Poenus, ac Israeliticus doctrina censetur. Hieronymus Galenicus, Sebastianus Auicennista. Hieronymus ætate iuuenis, ac ingenio claret attico. Sebastianus senex, canus, ac ingenio graui et maturo, sed doctrina more Arabum barbara: prefert Hieronymi doctrina sane honestos titulos, sed non vt multi ceras Amaltheas, Cornucopiæ, plus etenim in recessu habet, quam in fronte promittat. Sebastiani eius genitoris lectio sane præfert titulos claros, sed Arabum traditionibus maculatos, tradũt Fulginas gẽtilis, Petrus aponẽsis, Matthæus agradi, Gordonius gallus, Iacobus a forliuio, de Garbo pater ac filius. Senẽsis Vgo, a Partibus gallus, inter neothericos nouitii. Inter Italos ac Gallos barbari, quorum insequeris vestigia mi Sebastiane tentarunt inter Grecos & arabes, inter Auicennam hispalẽsem & Galenum disceptare. At omnes illi potius id tẽtarunt quam præstiterint, Mahumẽtesesque medicos ab Galeno defendunt verius, quam concilient. Promisit tantũ Gẽtilis Fulginas. Dixit tantum Arabum consiliator A ponensis, difficile est eos concordare, quorũ omne studiũ fuit vt discordarent. His enim in locis in quibus Arabes atque Pœni cum Hippocrate & Galeno conueniũt ita concordant, vt discordare nõ possint:

Hieronymi montui lectio varia.

Ex grecis doctrina Hieronymi mõtui

Sebastianus auicennista.

Hieronymus galenista.

Viri ac doctores barbari, docti tamẽ

Mahumetenses medici.

Arabes & pœni aliquãdo cum græcis cõcordãt, nõnunquam discordant.

vbi autem discordant, tam aperte discordant, vt minime concordare velint. Sed expecto quid noui afferet Aphrica, cũ sciã nisi expolitũ ingenio, summoq; elaboratum studio (dummodo Arabum, ac Pœnorum non sapiat doctrinam) à te in lucem emitti non posse: auide etiam quæ scripsit filius tuus Hieronymus operior. Opuscula tua, atq; filii tui quę adhuc inter manus versantur, impressiõi te commissurum propediem spero, vnde prodesse multis, meritumq; apud Deũ, & apud homines bonã famã (quod fortunę optimũ bonũ cẽsetur) tibi atq; filio cõsequi valeas. Sed videris mihi Leonardo Fuchsio Germano viro alioquin docto, ac omnium bonarum artium exercitato subirasci, atq; in eundem inuehi. Scio te responsurum pythagoricum fuisse præceptũ, post Deũ veritatẽ in omnibus colẽdam, quæ sola homines Deo proximos facit: liberi seruiq; personam veritas separat, seruos liberosq; mendacium miscet, & magnam fore veritatis vim, quę contra omnium ingenia, calliditatem, solertiam, contraq; fictas omniũ insidias facile per seipsam defenditur: vir enim iustus non solũ homini amico & familiari, sed etiam inimico & ignoto existimabit mentiri non esse suum. Nec aliquãdo committet vt lingua animæ interpres à sensu, experiẽtia & vero iudicio discordet. Quapropter Leonardũ Fuchsium (si iustus vir sit) mẽtiri non debuisse, fateor sane veritatem omnibus anteponendam. Omnis nã q; terra veritatem inuocat, cælum etiam ipsam benedicit, & omnia opera mouentur, & tremunt eam, & non est cum ea quicq; iniquum. Sed nonne veritatem in refellendo errata Mahumetanorum, ac Arabũ sectatus est, dum Auicennam, Mesuem illorum euãgelistam, Razem, cęterosq; Arabes multis in locis legitime repręhendit. Primordium enim Mahumeticę sectę ex Arabia est: semper enim eadẽ terra pestilens fuit humanis gentibus; sic Mahumetes, sic olim Chã,

Opuscula sebastiãi ac hieronymi.

Leonardus Fuchsi⁹ vtraq; lingua peritus.

Veritas proximos deo facit.

Mendacium non decet iustos.

iii. Esdrę. iiii.

& eius progenies, hi malorum demonum cultum induxerunt. Ille veri Dei mira virtute cõstitutum sustulit. Si enim à veritatis calle aliquãtulum digressus sit Fuchsius, vt cum morbum gallicum impetiginẽ esse asserit, & in errato suo. xi. Hallucinatur Fuchsius in præscribẽdo dosim scamonię cõtra Mesuẽ, qui vltra grana duodecim nõ esse propinandum ex scamonia adserit. At fuchsi⁹ Dioscoridis auctoritate ad obolos duos vsq; ad quatuor etiã accedit in eiusdem exhibitione. Et Oribasii auctoritate ad drachmam vsq; exhiberi posse asserit: in quem errorem etiam incidit Manardus vir dignus cui multum deferant bonarũ literarum cupidi: sed vt in officina nostra, & in libro nostrarum castigationum scripsimus, alia est Scamonea apud græcos, & alia apud arabes. Scamonea arabum ex genere est lactariorum, & de ea gręci nihil scripserũt, cuius dosis est apud Mesuem à granis. vi. vsq; ad. xii. & secundum illum nascitur in Antiochia Armenia, & Corasceni. Scamonea vero græcorum nascitur solũ in Colophone Asię, & aliæ sunt malæ & perniciosę. Oribasius drachmã integrã scamonii exhiberi posse asserit, si fuerit ex Colophone. Mesues vero vltra grana duodecim non esse propinandum ex scamonia Arabum adserit. Alia igitur est gręcorũ scamonia, alia vero arabũ, quod Fuchsius ac Manardus ignorarũt. De scamonia quæstionem in officina nostra fecimus, ad quam lectorem mittimus, si p ocium licet. Non mireris igitur Sebastiane charissime si Fuchsius & Manardus medici percelebres quã doq; errauerint, homines enim sunt, errare possunt. Non mireris tamen si in plęrisq; locis Leonardum Fuchsium sequi tibi videar: id enim feci, quia opinionem Galeni (à quo non libenter discedo) insequitur, & si cõtra me (licet falso) Fuchsius scripserit: verum vtcũq; res se habeat, te etiam atq; etiam (si patiaris) rogo opera tua atq; filii tui in lucem ędas, vt ex eo-

Scamonium gręcorum & arabum spẽ differunt. Scamonia arabum ex antiochia, asia, vel corasceni

Fuchsius ac Manardus Scamoniam nõ esse diuersam non cognouerunt.

Omnis homo mendax & falli põt.

rum collatione, & comparatione, cum aliis veritas ipsa cæcutientibus oculis illucescat, atq; e medio errorum auferantur caligines. Nec sum dubius, quin nomen bonũ (quod vt dicitur melius est quam diuitiæ multæ) famamq; perpetuam apud posteros tibi conciliaturus sis, quem veritatem secutum, nulla animi passione distractum, Gallis multum honoris allaturum intueor. Vale Sebastiane charissime, & me vt soles symphoniace ama, & more Platonis bene agere, & iuxta Apuleium madurensem, pro se omnia prima.

Nomen bonum melius q̃ diuitiæ.

Platonis & Apuleii salutationes.



SEBAST. MONTVVS SYMPHO. Campegio, ſummo Philoſopho, & Medico S.

NOn recuſo Campegi eruditiſſime, quin me reponas in claſſem illorum, qui aliquid doctrinæ hauſerunt ex monumentis Arabum, eorumq́ glosſulariorum, quos non ignoro nunc male audire, & in aliqua ſimplicium medicamentorum cognitione, & nonnullis eorum decretis lapſos, & meritò abs te, Leoniceno, Manardo, Fuchſioq́ repræhenſos. Itaq́ iſtis vt pote præceptoribus licet mutis amorem me debere non diſſimulo: quo fit vt aliquot ex multis locos ſuſpenſa veluti manu adnotauerim, in quibus præfatos magiſtros citra rationem damnari intelligo: qui ſi per me defendi poſſent, illorum patrocinium ſubire non vererer aduerſum te, Manardum, & Fuchſium eminētiſſimos philoſophos, ad quorum officium nihil magis ſpectat (ſi Platoni credimus) q̄ cęteris omiſſis veritati aſſidue incumbere, ſed iam ſum emeritus, & cum me doctioribus contendere pudor nō ſinit, qđ etiam nec mihi per meam liceret infantiam: quocirca non eſt quod me libellos edere deinceps credas, nec vllos hactenus ſcripſi (ſcripſi autē aliquos ad obliuionem ſenii) in hoc vt prælo darentur. Itaq́ Hieronymo noſtro vt ſibi tantum canat, conſulo, quem in tua epiſtola pingis non propriis, vt aiunt, coloribus, ſed qualis eſſe debeat, eleganter indicaſti. Fuchſio cupio omnia proſpera, tantum abeſt vt illi ſubiraſcar, ad quem ſi annotatiūculas a noſtro amanuenſi cōſcriptas quæ te penes ſunt mittere vis, patiar, & vbi me falli demonſtrauerit (quod forſan nullo fere negotio facturus eſt) illi gramen porrigam, atq́ vt melius ſentienti libenter acquieſcam. Bene vale. Ex Miribello noſtro, apud diuum Antonium Viennen̄. penultima Ianuarii. 1533.

APOLOGETICA EPISTOLA BERnardi vnger Germani, pro defensione Arabum medicorum, ad præceptorem suum dominum Symphorianũ Campegium Lotharingorũ archiatrum. Salutem & summũ obsequendi studium.

SVperioribus diebus à vobis mihi discedenti nihil nõ prosperum accidit, nullas prædonum insidias, (vt sæpe tẽpore periculoso fit) habui: bonisqꝫ comitibus illuc quò iter intenderam perueni, patrium videlicet solum. Pater redeuntẽ me videns mirum in modum gauisus est, cum omnia felici omine peracta intellexerit: pro quo primo omniũ supremo Deo opt. max. grates reddendę. Interea temporis tuis literis aduolantibus præceptor ac pater iucundissime clarissimeqꝫ, incredibile dictu est, qua lætitia perfruebar, quibus gaudiis exultabam, quanta voluptate bacchabar, quibus cognoui beneuolentiam summam, & plane paternam in me volũtatẽ tuam. Et ni tua antea mihi esset perspecta humanitas, qua præ cæteris erga discipulos polles, quam et ego pręsens expertus sum dimidio iam anno elapso, in quo te doctore vsus fui minime pœnitẽdo, haud eqꝫdem vlla mouerer fiducia ad assumendum id oneris scribẽdi ad te tantę dignitatis, auctoritatis, ac metuendæ seueritudinis virũ. Sed vincit pietas erga te mea, facit & amor quo afficior erga præstantiam tuam, vt fidenter scribam, tãdiu enim id expectaui, quod mihi vt facerẽ antehac nũqꝫ licuit propter paucitatem tabellariorum iter ad te facientium. Iccirco semel scribendi oportunitatẽ nactus, vt me ꝑ litteras tecũ oblecter pace tua sit bona, & cum minima molestia audiendi, siue legendi meas pueriles ineptias te precor. Cæterum persuasi mihi tam gratum quàm quod gratissimũ me pręstantiæ tuæ facturum, si quoties nodus vindice dignus icidisset, te (vt pote doctissimum philosophum, medicineqꝫ

professorem perspicacissimum) consulerem, si legendo, interrogando, vestigando, cotidie aliquid excogitē, videam, discam, atq; vndecunq; arripiam, quo non hebes, neq; rudis omnino existimari possim earum rerum, quę circa hominum salutem (qua nihil charius) versantur. Mouet dignitas tua quęstionem in horto tuo Gallico, simul ac castigationibus tuis, Num ex flaua bili correpti febre medicamentis purgantibus curari debeant, an cum solis alterātibus remediis, iuxta Gale. placita? ad roborandam opinionem tuā nimirum in febrientibus medicamina Scamoneata non debere exhiberi, in primis adducis Galeni sententiam commēto 24. 1. particulæ sic dicentem. Neq; enim periculum minimum in morbo acuto vti purgante medicamento, cum omnia id generis sint potētia calida, febris vero quatenus febris est, & sui ratione nedum calefacientibus atq; exiccantibus, sed potius contrariis, hoc est humectantibus, & refrigerātibus egeat. hæc Galenus. Per hęc verba Galenus (mea quidem sententia) nihil aliud velle videtur, quod purgantia medicamina obesse multum ratione febris, augendo videlicet discrasiā febrilem, at ratione materiæ prodesse plurimum materiam febris excutiendo, id quod apertissime verba sequentia ostendunt. Non igitur (inquit) ob igneam febris caliditatem purgationem adhibemus, hanc enim scimus sui ratione nocituram, sed propter humores illam efficientes. Quare maiorem oportet ex noxiorum humorum euacuatione fieri vtilitatem, quàm id quod necessario consequitur ex purgantibus medicamentis detrimentum. hæc Galenus. Insuper citas quoq; Auerrhoim libro. 7. capit. ii. qui prima facie tuę videtur astipulari sententię: verū in calce seipsum interpretari videtur, inquiens. Et facta digestione si sufficit dare mirabolanos citrinos, bene quidem: sin non, propina infirmo ex Scamonea chiata duo cum tantundem masticis & cum. ℥. ii. syrupi nenupharini, &. ℥. i. ß. syrupi malorum. Syrupus enim de nenuphare frāgit qualitates ipsius Scamonęę primas. s. eius caliditatem & siccitatem, & cum hoc confortat aromaticitate sua membra principalia. Syrupus

autem pomorum, quia frangit eius ſiccitatem, & remouet nocumentum principalium membrorum, & medici iam vſi fuerũt ad occultandam malitiã Scamoneę. hęc Auerrhous. Ex his meridiano iubare lucidius eſt, neq; Galenum, neq; Auerrhoim purgãtes reprobaſſe medicinas in febrib⁹ tertianis, ſed potius comprobraſſe: porro extirpare penit⁹ ac de gradu (vt aiunt) deiicere ſtudes Scamonium, Turbith, Colocyntidam, & reliqua. Fateor certe digniſſime præceptor, ea ipſa vt ſcribis venenoſa, ac pernitioſa loquendo de ſimplicibus non conſolatis, aut aliter male cõditionatis, ſed de compoſitis ex electis ſimplicibus confectis & fermentatis multo aliter eſſe mihi perſuaſi. Quoniã vt euangeliſta Meſues noſter ait. Diaſinicon eſt medicina ſecuritatis. Electuarium de ſucco roſarum euacuat ſine moleſtia. Pillulę item aggregatiuę ex inuentione propria coniungunt aggregationem expertorum iuuamentorum, & ſic de aliis. Accedit ad hoc doctor ille ampliſſim⁹ Nicolaus florentinus ſermone. ii. de cura febris cholericæ puræ, luculẽtiſſima hæc proferens verba. Verentur multi exhibere medicamina ſcamoneata, & non eſt neceſſe vt apparet per experientiam vtentibus eis, & propter laudes quas eis imponunt inuentores eorum, qui in ipſorum complexione diu laborauerunt ratiõe & experimẽto, quib⁹ credere debemus, & maxime nõ ſunt verenda fermentata, & deducta ad vnam formam, in quib⁹ virtus Scamoneæ quę videtur moleſtare, & nocumenta inferre quę imponunt ei auctores non remanet. Hęc ille. Prętерea experientia rerum magiſtra indies oſtendit medicinas benedictas ſaltem ſolas in corporibus durę ſolutionis, (vt ſunt plæraq; corpora Germanorum) nil operari, & tamen Scamoneata faciunt operationem ſine moleſtia. ponamus item peccare materiam in locis multum diſtantibus à viis ductuum, vt cernitur ĩ Artheticis & Paralyticis, in quibus materia cũ medicinis benedictis haud quaq̃ educitur: fortiores igitur exhibeamus oportet, hoc interim quoq; largiamur huiuſmodi medicinas in cõpoſitis à venenoſitate ſua penitus expoliari non poſſe; tamen ita refranguntur in

compositis, vt ex eorum vsu maius sequatur iuuamentum nocumento, quod si contingat (vt certe cotidie cernimus) nemo formidare eas presumat. Nam vt diui Hippocratis clarissimus iterpres. xi. de ingenio sanitatis, cap. xi. ait. itaque erit difficilimum inuenire aliquod tale auxilium quod nihil nocens prosit multum. Porro in apologetica tua disceptatione taxas Auicennam tanquam sibi pugnantia scribat prima quarti capi. xli. de cura causonidis, cum inquit, & nõ phlebothomentur: fortasse enim inflammabit eos, & fortasse iuuabit eos, si fuerit ibi tumiditas, & rubedo, & per verum ex interpretum sententia & verbis etiam Auicennę sine dubio modus est loquendi Auicennę, vt mille in locis apud eum reperire contingit. Quare hoc in loco familiaris eius interpres hanc ponit conclusionem, quam implicite intellexisse Auicennam nemo sanæ mentis inficias ibit. Si vrina fuerit subtilis & ignea non phlebothomẽtur ne perducãtur ad cholericorum humorum ebulitionem. Sed si grossa, rubea, turbida fuerit, tunc phlebotomẽtur, vt tollatur sanguis & choleræ peccantis superabundantia, hæc ille. Conclusionem illã confirmat Monarcha medicinę commento. 23. fine particulæ, inquit enim. Nam & in ardentissimis febribus si vsque ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, & plurimis etiã aluus citatur, & sudores emanant: & quidam eorum ex his sanitati sunt restituti, alii adiuti plurimum vehemẽtiam ęgritudinis absciderunt &c. Idem quoque Galenus expresse reluctari videtur sententiæ tuæ. ix. de ingenio, capi. v. inquiens. Tu vero vtere quę solitus sum facere, & quę vidisti, non curans de numero dierum, sed infirmi virtutem perquirens. vtrum fortis fuerit, incide venam non solum in quinta die, sed in quocunque die ad eum veneris. Hæc sunt (vir sine vlla dubitatione doctissime) quę tuo subiicere decreui iudicio, in quibus tantum à me probabitur, improbabiturque, quantum abs te probatum, reprobatumve iri cognouero, boni itaque consule vir excellentissime hominis iuuenis studiosi rerum quę medicum haud dedecent. postremo scias te magni

esse atq; haberi apud nos, egregieq; diceris ab omnibus: & complures à facie te vidisse multum velint præcipue parẽs meus, qui te plurima impartit salute simul ac se cõmẽdans quã humilime, nouarum rerum nihil habeo: si quid deniq; sit in re medica quod nuper impressum sit, vel prælo à tua dominatione, vel Hieronymi tui Mõtui demãdatũ, vel stu diis nostris cõpar sit, obsecro huic tuto cõmittas, qui hasce tibi repræsentat litteras. Nicolaum item florentinũ de in- tegro sub incude reuocatũ esse vaga relatione accepi octa- uo nimirum adiecto sermone. Excellentia tua siquid explo rati habeat de ea re, ne committat oro, quin & me certiorẽ eius reddat: sed vt epistolam plicem te oro, vt me admone re & amare pergas. Et vt cum poeta concludam,

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit,
Dumq; thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.

Salutabis verbis meis clarissimam coniugem tuam, ac do- minam electam, & liberos tuos charissimos, felicissimam item prosperitatem, & fortunam imprecari velis enixe pre cor sagacissimo viro Hieronymo montuo, cui quàm commendatissimus esse cupio ac volo. Vale sa- nus in dulces annos. Datæ propere & tu- multuarie Tubingæ decima die Aprilis, Anno orbis resti- tuti. 1533.

ORNATISS. HVMANITATIS TVÆ AD QVÆVIS OBSEQVIA STV- DIOSISSIMVS MAGISTER BERNARDVS VNGER.

APOLOGETICA EPISTOLA responsiua pro defensione Græcorum in Arabum ac Pœnorum errata à dño Symphoriano Campegio edita.

REdditæ mihi fuerunt literæ tuæ Bernarde suauissime elegantiarum phaleris admodum adornatę, quibus fœturas meas sane pręcipitatas abortiuasq; nō solum colere, & obseruare, verumetiam vehementer admirari, vel q̄ humanissime indicat, ostentat, facileq; (vt scribis) demonstrat genitor tuus, vir inter Tubingos doctores medicus clarissimus. Neq; equidem meis laboribus frustratū mihi persuadeo: quā doquidem aliquid in lucem emiserim, quod genitori tuo artis Hippocraticæ omnigenis fontibus scaturienti cordi sit, suumq; faciat ad stomachum. Pariat volo cæteris literarum, & literatorum insectatoribus assiduis nauseā grauissimā, quibus profecto nihil q̄ quod ex barbarorū prodiit officina sapit. Cuculū quippe comederūt quem adhuc crudo gestant stomacho, inueteratam namq; exuere non possunt maledicendi consuetudinem: vt quoniam virtutibus innotescere non queunt, suis maledictis vipereo ore prolatis gloriæ saltem quisquilias consequantur. Verū enimuero inglorii remanebunt, & in suæ detractionis præmium Zoili adipiscantur supplicium. Hortum nostrū Gallicum quem tāto desyderio, ac ardore dum apud nos esses, affectare videbaris curauimus, vnà cum aliis opusculis imprimendum: cui quidem simul ac corona imposita est: ille enim dędalearum alarum remigio q̄ citissime ad Germanos aduolabit, vt tuo atq; patris propugnaculo in medium prosilire non dubitet. Miraris tamen Bernarde charissime, ac vt credo tecum doctores tuæ vniuersitatis mirantur cum dixerim in horto Gallico ac castigationibus meis. Nū ex flaua bili correpti febre medicamentis purgantibus curari debere cum solis alterantibus, & non cum medicinis sca-

moneatis, iuxta Galeni placita. Adducis Galeni sententiam in contrarium commento. 24. primæ particulę, dum inqt. Non igitur non ob igneam febris caliditatem purgationē adhibemus, hanc enim scimus sui ratione nociturā: sed ꝑpter humores illam efficientē. Quare maiorem oportet ex noxiorum humorū euacuatiōe fieri vtilitatem, q̄ id qđ necessario consequitur ex purgātibus medicamentis detrimē-tum. hæc Galenus. hæc enim verba Galeni Bernarde suauissime cōtra tuam, ac tuorum citas opinionem, cum dicat Galenus maiorem oportere ex noxiorum humorū euacuatione fieri vtilitatem, q̄ id quod necessario consequitur ex purgantibus medicamentis detrimentum. Sed semper vel vt plurimū in tertiana syncera ex euacuatione flauę bilis per calidas & siccas medicinas maius sequitur nocumentū, q̄ vtilitas, id quod apertissime verba sequentia ostendunt: vt vero (inquit) hoc fiat primo oportet consyderare, nunquid ęger idonee se habeat ad huiusmodi purgationem. Nā quicunq; multa cruditate laborant: vel qui tenaces, ac crassos cibos assumpserunt, quibus itidem ilia extenta, atq; inflata sunt, aut supra modū calida, atq; ignea existunt, & hoc ipso in loco aliqua est viscerum inflammatio, omnes hi (inquit) haud quaq̄ sunt apti ad purgationes: hæc itaq; abesse oportet, humores autem q̄ maxime fieri potest esse fluxui paratos, hoc est tenues, & nullum lentorē participantes, & aperta esse foramina per quę debet purgatio fieri, & nullam habere obstructionem. Nam & nos ista antea paramus, cum quempiam sumus purgaturi. hæc Galenus. vide Bernarde charissime Galenum plures cōditiones posuisse anteq̄ tertianarius purgari debeat, quę vix in aliquo bilioso homine ac maxime syncæra tertiana laborante inueniri possunt. Quapropter Celsus Cornelius lib. ii. capi. xj. ita scribit. Ergo nunq̄ in aduersa valitudine medicamentum eius rei causa recte datur, nisi vbi hic morbus sine febre est. At vbi febres sunt, satius est eius rei causa cibos, potionesq; adsumere qui simul & alant, & ventrem molliant. Oribasius quoq; in medicinę cōpendio ait, Crudi autem existentes humores

anteq̃ incipiant generare ægritudines caute sunt euacuandi. Iam autem febrientes nullo modo. hinc vt in exhibendis purgatoriis medicamẽtis in acutis morbis cautos redderet medicos Hippo. ita prima aphoris. 24. præcipit, cum ait. In acutis passionibus raro, & in principiis medicinis purgantibus vti, & hoc cum pręmeditatione faciendum. Eæ fuerunt Cornelii, ac Oribasii opiniones, quos in eodem libro Castigationũ citauimus nostrarum, ac in Horto gallico: sed quia non faciunt ad stomachum tuũ, citare noluisti. Insuper citas quoq; impiũ Auerrhoem apostatã lib. vii. cap. xi. qui tuæ videtur astipulari sententiæ in calce illius capitis, & si in principio contrariũ scripserit ita vt in eodem capite sibiipsi contradicat: in principio capitis. xi. de cura tertianæ ita scribit. Non debemus mouere tertianarium cum medicinis attractiuis, sicut est scamonea: cõ q̃ rectificando eam quantum plus possumus semper membris principalibus habet inducere nocumentũ, & ꝓpter hoc virtutẽ debilitat, & auget etiam caliditatem febrilem, & siccitatem suã &c. Et immediate post ita scribit: sed apparente signo digestionis nõ est malum dare aliquã medicinã attractiuam cum mastice: quia mastix confortat, & remouet nocumentum scamonee, & occultabit maliciã eius. Vide Bernarde quomodo impi⁹ apostata Auerrhoes in eodem capite Scamoneam in febre tertiana prohibeat: quę vt idẽ asserit cõsolari, nec rectificari posse asserit, & immediate post Scamoniũ exhibet & cõsolari & rectificari vult cũ mastice calido & sicco circa principiũ digestionis, & circa augmẽtũ febris cõtra Galeni placita qui in expositione primæ particulæ aphorismorũ, Apho. 24. ita scribit. In ægritudine autem acuta, non nisi in principio pharmacia danda est, id est in die prima vel secunda ad plus: quia non est tantum spatium vt corpus ad hoc paretur suscipiendũ. hæc ille. Galenus igitur in febre acuta ex bili flaua solum in principio dare medicinam docet. Auerrhoes vero in principio prohibet, & in augmento, & circa statum exhibet, ac in eodem capite contraria cõsulit, ac masticem calidum & aridũ consulit. Certe minus audaci licen-

tia,ne dicā arrogantia est Auerrhoes,qui sibi licere putat, quod priscis & eruditis viris nūꝗ cōcessū est:vt ex sua sen tētia in eodē capite idē de eodem affirmaret & negaret, ni misꝗ sibi arrogat in interpretatione sententiarū. Nam quē medicinæ scriptorē vsꝗ legimus sic contradictorias in eo- dem capite posuisse,vt sit Scamoniū exhibendū,& nō exhi bendū in eadē ægritudine?Nō igit̄ vt scribis Bernarde sua uissime Auerrhoes seipsum interpretatus est,sed sibiipsi cō tradicit,ac repugnat potius Auerrhoes,& si inter philoso- phos Arabes principatū teneat,summi tamen principis nō nouit maiestatem,& vnicū in omnibus hominibus posuit intellectū,non illi sapit Moses,nō Christus,nō mahumetes suus.proh nefanda,ac detestabilis huiusmodi impii philoso phi opinio,Auerrhoē pati quis possit,q studere medicinę, ac veritatē quę præ cæteris indicatur apud peripatheticos, cum is neget.& Mosi præcepta,& Christi,ac suū Mahume tem deserat.In natura phantasmatū contemplanda diuer- sus erat,aciē mentis altiorē tollere vel nesciuit,vel non po- tuit.O præclara impii philosophi sapiētia:qui non tam ab errore reuocandus est,ꝗ Auicennę compedibus alligā dus. Porro Bernarde suauissime dicis me extirpare penitus,ac de gradu(vt aiunt)deiicere laruas illas Scamoneā,Turbith, Colocyntā,& similia medicorum Arabū monstra.Fateor certe Bernarde suauissime,venenosa & perniciosa em̄ sunt, nec posse consolari credimus.Scamoniū inquit Serapio no cet stomacho,& iecinori,& inducit nauseam,& anxietatem, & ab eo cauere hoībus melius est.Et in eo est acuitas inquit Mesues habilis inflammari,& facit cadere in febres,& per ipsam attractio vehemens,& in ea est serositas operans ad excoriationē viscerū,& debilitat cor,& hepar,& stomachū ex ꝓprietate abdita quæ ꝑ qualitatem manifestam remoue ri non pōt. Et ipse princeps insanientiū Auerrhoes capite superius citato.vii.colliget inquit.Nō debemus in febre ter tiana mouere cum medicinis attractiuis,sicut est Scamonea, eo ꝙ rectificando eā quantū plus possumus semper mēbris principalibus habet inducere nocumentū,quia virtutē de-

bilitat,& auget caliditatē febrilem,& ſiccitatē.hęc ille.Vide Bernarde inſanientiū principē Auerrhoē in eodē capite cō tradictoria cōcedere:nā dicit Scamoniū primò non poſſe re ctificari,& poſtea cōſolari vult cū maſtice,& ſic apud illum idē affirmatur,& negatur de eodē.hęc eſt illi9 dialectica quā Auicenna ignorauit:cū dicat Auerrhoes Auicennā diale ticā ignoraſſe,& ob ei9 defectū philoſophū nō fuiſſe.Quę reret forſitan aliqs,quęnā eſt Auerrhois dialectica?reſpon debimus profecto illi9 logicā fuiſſe propriæ ſalutis ignorā tiam,infidelitatem,ac inſaniam.Quis eſt enim qui adeo aut floreat eloquentia,aut doctrina polleat:vt inſanię ipſius va leat explicare rationem?Magna quippe res eſt,atq́ ita pror ſum admirabilis,vt ſenſum humanæ imbecillitatis antecel lat:verum complura nobis diuinitus illuſtrata ſunt,& hæc ipſa quoq́ Auerrhois inſania,ac delirامēta manifeſta de ſuper. Quæ de Turbith qui multos turbat,ac de Colochin tide ſentiamus,ſcripſimus libro noſtrarum caſtigationum primo,ac in officina noſtra,quę legere poteris,ſi per otium licet.Quæ em̄ citas Bernarde chariſſime ex authoritate Ni colai florentini de cura febris cholericę,apud me monſtra ſunt:ipſe enim Nicolaus ſiue faſciculus ſuorum ſermonum pluribus fœdatur maculis,quàm pardus ipſe coloribus,oīa in vnum chaos reponit, aliquando Galenum, aliquando Paulum,quandoq́ neothericos Gordonium Gallum,Gil bertum anglum,& ſimilis farinę medicos citat ac cōfundit, vt nihil ab eo certi trahi poſſit,præterea cum experientiam rerum magiſtram citas,ipſa indies oſtēdit medicinas bene dictas ſolas in corporibus duræ ſolutionis,vt ſunt plęraq́ corpora Hiſpanorum,& Italorum multum operari,ſi à vi ro docto & medico experto exhibeantur,& tamen Scamo neata pharmaca nil ſępius operari videmus:nam ſcamo neata pharmaca calida & ſicca ſunt,& in ſiccis corporibus qualia ſunt Hiſpanorum, ac Siculorum corpora nihil ope rantur:ſed potius malam inducunt diſcraſiam. Germano rum corpora quemadmodum Gallorum(ſunt enim Galli, & Germani fratres natura) mollia,alba,ac tenera ſunt,for

tes & eradicatiuas,vt vulgus appellat medicinas non feren
tia. Nam vt Iulius Celsus scribit, ad bella suscipienda Gal-
lorum & Germanorum alacer est animus,sed mollis eorū
educatio ad calamitates ferendas mens eorum est.Et vt scri
bit Florus in principio,plus ꝙ leones:sed in fine minus ꝙ
mulieres.Sunt tamē Galli,vt idem Celsus scribit,homines
aperti,minimeq́ insidiosi,qui per virtutem magis ꝙ per
insidias dimicare consueuerunt.Sunt igitur Bernarde cha-
rissime Germani & Galli molles,& albi scamoneatas medi
cinas non ferentes.Item cum dicis,ponamus item peccare
materiam in locis multum distantibus a vijs ductuū,vt cer
nimus in artheticis & paralyticis,in quib⁹ materia cum be-
nedictis haudquaꝙ educitur:fortiores igitur exhibeamus
oportet.Certe Bernarde suauissime hanc dubitationem sol-
uimus in libello nostro de clysteribus,quem tibi Lugduni
tradidi,illum lege:ibi enim satisfecimus tuæ sententiæ:illū
perlege si tibi liceat per otium:nam ibi ostendimus quomo
do ad vltimas ægritudines vltimæ curationes sunt vtiles.
Porro in Apologetica mea disceptatiōe taxo Auicennam
tanꝙ sibi pugnantia scribat,& merito.Pluribus enim in lo
cis sibijpsi contradicit,vt ample scripsi libro Castigationum
primo cap.xlvj.& cap.liij.& alijs pluribus in locis nostræ
officinæ.Nec cum tuo Nicolo illum excusare,nec a contra-
dictiōe defendere potes,nec debes:nisi eos putares vel amē
tes,vel imperitos esse,in quorum manus scripta Auicen-
næ perueniunt,aut plane sileret,aut quæ diceret testimonijs
ijs probaret quibus sententia sua confirmari,non redargui
posset. Nam dicat queso Auicenna,an duo contradictoria
simul esse vera possint? Sane dicet per fortasse omnia dici
posse,& solui.Modus (inquis) est loquendi Auicennæ , vt
mille in locis apud eū reperire contingit.Modus certe Aui
cennæ Bernarde suauissime muliebris est,non hominis do
cti,iniuria afficis Auicennam,ac aliorum Arabum sectam,
quorum doctrinam Academia Tubinga insequitur.Nescis
Bernarde,quid apud Aristotelem contradictio significet:
quæ apud philosophos græcos non solum pro oppositio-

one terminorum, sed pro contradictoriis propositionibus accipitur. At contra Auicennæ sectatores adducit Bernardus in testimoniū, vt barbarū a Pallade defendat. Hic plura non dicam, nisi te non minus his interpretibus; & ista tua in viros doctos audacia ludibrio literatis viris ita fuisse, vt si Thersites Hectorem ad singulare certamen prouocasset. Magnum certe ex Auicennę erroribus generi humano imminet periculum. quem in simplicium ac compositorum medicaminum deliniatione longo temporis curriculo sequūtur medicinæ professores. Quapropter Bernarde charissime abducito te quantum potes ab Arabum lectione qui omnia deprauarunt: viros autem doctos in colloquium ascisce, in primis autem Hippocratem & Galenum facito tibi familiares: hi tibi habendi sunt semper in sinu nocturna manu versandi diurna, porro quantum ad simplicia pertinet Dioscoridem tam apud Græcos q̄ latinos, atq; etiā barbaros summū auctorem pręcipuumq; ducem accipe, quem Plinius non minus q̄ Theophrastum in hac parte sequutus est, post quem Galenus in descriptione simplicium supersediisse fatetur, quoniā affatim satisfecisset, precor autē Christum vt salubrib⁹ tuis cœptis aspirare dignetur, ac Tubingā tuam academiā more parisiensium ab omni Mahumetensium medicorum hęresi liberet ac præseruet. Bene vale, & hæc quantulacumq; vnà cū patre tuo boni consulite.

ANNOTATIO CAMPEGII IN Fuchsium De pudendagra, quam nostri Neopolitanum morbum, Itali verò Gallicum vocant.

Hoc in capite rn̄det domi. Symphoria n⁹ chāperius Leonardo

PArthenopeus morbus, siue pudendagra morbus est pudenda primum, deinde reliquum corpus cū pustulis ac magno plęrūq; dolore occupans: est enim morbi genus grauissimum, quod totam faciem, oculis duntaxat exceptis, occupat, & in colla, pectusq;, ac manus fœdo vitis furfure descendit. Aliqui hunc morbm milium vocitant, Alii lichènem, quidam mentagrā, & nos dicimus inter epi-

Fuch- dimias, hoc est populatim vagantes morbos debere connu-
sio, qui merari: hic enim morbus diuina ira euenit. Beatorum vero
eũ de patrum, qui Deo inspirante locuti sunt, sententia est multis
pudẽ- de causis fieri, vt homines vitæ huius angustiis pressi multi-
dagra pliciter flagellentur à Deo, inter quos multi corripiuntur à
siue Deo, vt flagitiosæ vitæ maculas pœnitentia deleant: pecca-
mor- tum enim quod prudentia non cauet, pœnitentia delet, quę
bo gal nos ad cæli portum vehat. Sed quoniam quidam vsq; adeo
lico im stulti sunt, vt neq; saluari curent, Deus optimus verberibus
meri- eorum negligentiam increpat, somnolentiam discutit, & le-
tò rep- thargiam, ignauiamq; studet bonus pastor flagris abigere.
hẽdit. Hanc ob rem Deus in omni lege luxuriæ peccatum puni-
re voluit. In lege naturę cum homines de paternis solenni-
tatibus ad mala progressi sunt, neq; legitimos honores vl-
terius prębẽrẽt Deo, sed zelum quem prius habuerunt pro
virtute in duplam malitiam postea per ea quæ gerebant,
monstrauerunt. Ob hoc itaq; contra se Deum irritauerũt:
Iose- nam multi Angeli Dei (vt Iosephus scribit) mulierib9 coeũ
phus tes iniuriosos filios genuerunt, qui omne bonum despi-
cap. v. cientes, propter confidentiam fortitudinis, similia his qui di
antiq- cti sunt à Græcis gigantes, perpetrare tradũtur: quapropter
tatum Deus condemnauit non solum illorum maliciam, sed omne
libro. j genus humanum. Noe vero liberatus est solus. Itẽ propter
luxuriam Deus exasperatus est contra Sodomitas, & dispo
suit punire eorum luxuriã, & ciuitatem eorum subuertere,
Idẽ in regionemq; cũctam simul exterminare, ita vt neq; planta-
codẽ. tio, neq; fructus vltra ex ea consurgeret. In lege Moysi legi-
c. xix. tur de Balaam propheta, qui post benedictiones quibus be-
Nũeri nedixit filiis Israel, consilium dedit Balach, qualiter seduce-
. xxv. ret populum per mulieres Madianitas, quare magna vltio
secuta est. In lege gentilium Semiramis quæ prius Babylo-
nem condiderat, domuerat Indos, interiit ne tandem à filio
cui se dediderat vxorem? Si luxuriæ labes in lege naturæ,
& Moysi, ac gentilium superstitiosa secta homines flagellat
à Deo fuerint, quid dicendum de Christiana lege? In ea nan
q; flagellãtur à Deo Christiani, vt flagitiosæ vitæ macula

pœnitentia deleant. In lege igitur gratiæ tẽpore Caroli octa
ui Gallorũ regis Deus profectui nostro semper intẽtus, sic-
ut aquila prouocans pullos ad volandum, ita & Gallos, Ita
los, Germanos, Britannos, Danos, Polonos, Pannones, atq;
Hispanos, vt altius proueheret, atq; traheret, & vt flagitio-
sæ vitæ maculas pœnitentia delerent, eos pudendagra exci
tauit, illorum luxuriam increpauit. Hanc ob rem populus
Hebræus missus est in captiuitatem toties, toties incola fuit
in terra aliena. In Ægypto sub Pharaonibus. In Babylonia
sub Assyriorum Regibus. Sic & Christiani tempore Caro
li octaui Gallorum regis tot incommodorũ malleis puden-
dagra, arthetica, scabie plusq̃ Iobea, aut ægyptia sunt attri-
ti, & pœnitentiæ scobina, ac limo expositi, vt sordere desine-
rent: est enim morbi genus grauissimum: similem, vel peio-
rem aliquando fuisse Iosephus scribit, ea scilicet tempesta-
te qua Moses Pharaonem arguebat. Crudeliter namq; eo-
rum corpora vulnerabantur interius corrupta. Ita passim
Ægyptiorum multitudo cõsumebatur. Hæc Iosephus. Hal
lucinantur inter Medicos recentiores non pauci morbum
quem pudendagram vocant, esse eum quem Græci lichenẽ
appellant In quem errorem, citra veritatem tamen, me la-
psum aliquã do Leonardus Fuchsius vir alioqui doctus ad-
serit, cum semper tenuerim hunc morbum iram Dei esse:
quemadmodum & plagæ Ægypti, & scabies Iob fuere, &
non vi astrorum, vt astrologi somniant, nec ex aeris intem-
perie: vt medici complures arbitrantur. Quare ea in re hal-
lucinantur qui lichenem appellant: vt Leonicenus, & hi
qui impetiginem esse dicunt, vt Leonardus ipse Fuchsius
falso imaginatur, aut mentagram, vt plærīq; alij: & si ali-
quando scripserim morbum Gallicum, si aliquando fuerit,
quod non credimus, neq; adseruimus, lichenem adpellari,
nunq̃ tamen credidi morbum Gallicum, siue pudendagrã
aliquando fuisse, sed nouum morbum, & iram Dei esse, &
antiquis ignotum fuisse. Certissimum est eos omneis po-
pulos qui superioribus sęculis huic vitio dediti fuerunt,
aut nouo morbo occubuisse, aut malo aliquo languore tur-

Iose. li. ij. c. x. antiquitatum.

leonardus Fuchsius Germanus

piter tandem perijſſe. De cura pudendagræ nihil nunc ſcribimus, nam de ea in noſtro aggregatore Lugdunenſi admodum copioſe ſcripſimus.

FRATRIS IOANNIS LAGRENI FRANCISCANI DECASTICHON.


Plurima languentes, Medicicꝗ, & pharmacopolæ
Debebunt ſtudiis Symphoriane tuis.
Omneis ſolicita luſtrans indagine chartas
Peſſima ab vtilibus pharmaca quæcꝗ moues.
Dum nimium tribuunt Arabum fallacibus auſis,
Quos cupiunt medici ſæpe iuuare, necant.
Quis tutum poterit ſentire ſalubribus vncꝗ
Iungere barbaricis lecta venena iugis?
Mitior aſt vobis nunc ars patet ecce medendi:
Grates authori ſoluite Champerio.


τελοσ.



EPISTOLÆ PHYSICALES MAnardi, Campegij, & Coronæi.

- De transmutatione Metallorum ad regios medicos Capellanum, & Miletum.
- Cathalogus illustrium Medicorum qui nostris temporibus scripserunt.
- Defensio Auicennæ Laurentio Frisio authore.
- Epistola responsiua D. Campegii in Leonardum Frisium.





SYMPHORIANVS CHAMPEGIus Lotharingiæ Principis Medicus primarius Ioanni Manardo huius ætatis medicorum facile principi, S.

INtellexi ex meo nepote humanissimo viro, qui nostras tibi reddidit literas, permulta ex his quæ in studiosorum vtilitatem edidi tibi placuisse, quod mihi sanè tã gratum fuit, quàm quod est gratissimũ. Quis enĩ non audiat lætus se laudari abs te viro nunquam satis laudato? qui nunc mediusfidius es vnicum Italiæ lumen: de te nulli non loquũtur eruditi, vno ore omnes doctrinã tuã prædicant, extollunt, admirantur: nemo est qui epistolas tuas domi nolit habere vnde discat. Quare cum abs te laudor, ab aliis me repræhendi facile patior, Isocratẽ æmulatus, qui probatus à Platone aliorum iudicia contẽpsit. Nunc itaque quum me vel tantillum probas, reliquis omnibus mediũ ostendo digitum. Et quemadmodum quę antea excudenda curauimus intelligo tibi non displicuisse, cupio quoque super his quæ proximè, ex quo ad nos nepos meus se recepit, peperimus, quid sentias cognoscere. Quæ si vt cætera tibi probabuntur, immortalitatem quãdam adeptus mihi videbor. Mitto igitur ad te Hortũ gallicum, quem post librum castigationum proximis superioribus diebus emisimus in lucem. Mitto vt legas, vbi legeris, iudices: iudicium autem tuum tandem intelligam⁹: vt te authore nobis aut placeam⁹, aut displiceamus: stare profecto mihi videbor, si tui suffragii punctum tulerim, adeo me de tuo iudicio censeo. Inuenies me in nonnullis abs te longe dissentiẽtem, quod eo liberius feci, quòd sciã tibi eminentissimo philosopho veritate ipsa antiqui⁹ esse nihil: de nostris enim scholis ꝓdiit, amicum esse Socratẽ, amicum Platonem, plus tamen honoris veritati habẽdũ. Non enĩ semper Galeno cum Hippocrate conuenit, neque aliis multis perquam doctis cũ Galeno: sic nec neotericis inter se: in veritatis enim inquisitione exercentur mortaliũ

Isocrates. Plato.

Hortus gallicus. liber castigationũ.

Veritas maxime amanda.

ingenia, & vt ferrum vsu assiduo splendescit, adspirat'q; ad argenti lucem: sic & modo refellendis aliorũ opiniõibus, modo corroborãdis veritas emergit, fitq; nobis obuia. Spero igitur futurum vt omnia boni consulas. Quæ autem ad te munuscula mittim⁹, hilariter pro tua humanitate excipe, in quibus si quicq̃ quod à veritate abhorreat, offenderis, libere agens castiga, quod te facturũ non dubito, vt qui hactenus acerrimus veritatis patronus fueris, pro veritate philosophis tanq̃ pro aris & focis depugnãdum est. Id quod si feceris, tibi me debere fatebor, qd' me opinionum fallaciis liberaueris. Vale medicorũ præstantissime, Lugduni septimo calendas Maii.

IOANNES MANARDVS VLADISLAI PANNONIARUM REGIS PRIMARIUS MEDICUS SYMPHORIANO CAMPEGIO, EQUESTRIS ORDINIS VIRO, & INTER MEDICOS EMINENTISSIMO.

Manard⁹ pãnoniæ regis fuit Archiatros.

Campegii libell⁹

Cãpegii nepos car

QVum anno ante hunc vigesimo Pannoniam petiturus essem, Ticinensis quidam, meus in medicina discipul⁹, libellũ mihi dono dedit: in quo nonnulla in Philosophiæ, Medicinæ, & Theologiæ scientiis partim per te commentata, partim ex præclarissimis authoribus collecta, legebantur. Quem ego librum mecũ in itinere indiuiduum comitem habui, & quotiescunq; præstabatur occasio, magna cũ animi voluptate perlegi. Ex qua lectione factum est, vt posthac te semper magnopere & dilexerim, & obseruauerim: & quæcunq; à te ędita cõmẽtaria intelligebam, diligenter inquirerem, & inuẽta magna cũ auiditate perlegerẽ. Volui autem sæpenumero meã hãc in te obseruãtiã, apud te per literas testatã facere. Sed desiderium hoc meũ in Pannonia primũ retardauit, qd' inter illã gentem & gallicam, rara admodum erant cõmercia. In Italiam vero reuerso, atq; in codẽ desiderio perseueranti, tandem nescio quo fato Ioannes Campegi⁹ tibi ex fratre nepos, & tanto patruo dignissimus, tuo me

nomine humanissime salutauit. Quem certe non permisissem, vt ad te sine meis literis rediret, si promissis stetisset: hoc est, si vt spopõderat, hac iter in Galliam fecisset, quod nõ tamen sua culpa, sed domini imperio factum puto. Tu vero qua es benignitate prędítus, officium meum non literis modo, sed muneribus quoque quæ bonus quisque orientalibus gẽmis prætulerit, cogitatum meum tam diuturnum anteuertisti, libros enim misisti, vel potius thesauros, quos in literarium ærarium post pene infinitos, nuperrime contulisti. Quibus nominibus me tibi tantum debere sentio, quantũ nec si nestoreos annos mihi Deus optimus donarit, vnquam possim persoluere. Ne tamẽ ingratitudinis noĩe quod semper abhorrui, a te penitus grauarer, cœpi per Hortum tuum Gallicum lento gradu expatiari, floresque quibus passim vernat, suspẽsa manu colligere, cauens ne aliqua latitans forte spina me incautum compungeret. Nihil autem inueni quod me tãtum pungeret, sed nonnulla quæ me simul cum aliis attingerent, plura tamen præ illis fuerunt ea quæ mihi adblãdirentur. Verum dũ spinas caueo, imprudens lapidem offendo inter molles herbas delitescentem, cristas enim iam erexeram doctissimum me vocari audiens, cum tamen (tanti nomen illud constat) nec dignũ me putem, qui inter doctos numerer, contentus inter eos haberi, qui doctos ita sequuntur, & admirantur, vt tamen veritati semper plus tribuãt, quam cuiuscunque authoritati. Fecit autem hic veritatis amor, non contradicendi (vt ais) studium quod semper à me alienũ fuit, vt à Leoniceno, homine certe, cui honorem maximũ debet nostra ętas, homine tamen, aliquando dissentirem: vt in hoc ipso lapide cyaneo, de quo tacito tamen ob reuerentiam nomine, ita ad verbum scripsi. Ego his nõ accesserim, qui nõ secus ac perniciosissimum venenum, hunc formidant, experiẽtia enim certa scio, quod si bene abluatur, multum iuuat, & vel nihil, vel parũ lædit, Aduersus quæ verba, tu quasi cum bile insurgis dicẽs. Sed ego certe scio quod qualitercunque abluatur, si sumatur à christicola, multum

dinalis à turnone Archiatros.

Manardus inter doctos numerãdus.

Leonicenus vir inter iuniores medicos maxima laude dignus.

De lapide cyaneo notatu digna

nocebit, ac tandem lædit plurimum. Scias autem & hoc velim mi Symphoriane, me neq; hoc, nec aliud, ceu expertum laudasse, de quo certam non habuerim experiẽtiam: alioqui neq; est apud nos adeo inexpertus pigmẽtarius, ne dicam medicus, qui huius lapidis incolumitatem non habeat exploratam. Nuspiã vero legi veros Christianos, magis q̃ Iudęos & Gentes, debere hunc lapidem formidare. Sed lapide hoc in suo loco relicto, reliquum Horti tui sine aliqua tamen bile peragrantes, nullibi mentionẽ Manardi præterq̃ honorificam inueni, cognouiq; in plęrisq; locis mea tibi non displicuisse, quare vt tua quoq; vicissim à me probentur, necesse est, nisi voluero penitus rusticus videri. Amplector igitur studium, laudo diligentiam, ingenuitatem exosculor. Inter multa tamẽ quæ placent, non eo inficias quędam mihi occurrisse, quæ nisi aliter intelligantur, q̃ vt sonant, non mihi vsq; quaq; probanda videantur. Quæ quoniam id à me efflagitas, non verebor adnotare, non quidem vt tecum talione vtar, cuius tot in me sunt beneficia, vt leuem illam calumniam imò & longe maiorem debeant obnubilare, sed potius vt tibi de me bene merito, & cui vsq; ad aras debeo, morem geram. In primis mihi non placet q omnia purgatoria medicamenta fortia, dicantur pernecantia, & penitus abijcienda. Neq; aliquando hoc dixit Galenus, alioqui secũ aperte pugnaret, cũ & scamonio, & elleboro, & colocynthide crebro vtatur, vt per totum fere librum de compositione medicinarum secundum loca manifeste declaratur. Neq; .ij.l. de victu.m.ac. id scripsit: qd' tu malũ interpretem secutus, ad tuam sententiam affers roborandam: sed contrarium potius: verba enim Galeni vtcũq; fideliter tamen interpretata, hæc sunt. Vna est cautela ne.s. lædãt purgãtia pharmaca, vt nõ solũ sic purgãs pharmacũ intẽperatũ.s. & impermixtũ aliis, quæ obscurare apta sint eius malignitatem: contraria enim est natura omnium purgantium pharmacorum naturis corporum quæ purgãtur, & vt quispiam dixerit perniciosa, & ipsorum ve-

Marginal notes: Nihil laudat Manard⁹ de quo experiẽtiã nõ habuerit. — De horto Gallico Manardi iudicium. — De medicinis quas Mesues inter venena reponit. — Galen⁹ de medicinis venenosis

nenũ. Quemadmodũ autem papaueris lachrymæ,man-dragoræ,hyoscyami,atq; aliorum multorũ talium phar-macorũ,quę contraria nostris substantiis,& viribus sunt, & apta corpora corrumpere,exiguam aliquam partẽ ac-cipientes,magnis eorum fruimur emolumẽtis:ita & cum purgatoria contrariam naturam habeant,nostrorũ cor-porum naturæ exiguam quandam eorum substãtiæ par-tem abscindentes,ad nostrũ vtimur emolumentum. Hæc sunt Galeni verba,laudantis potius q̃ damnantis,vt con-stat,horum medicamẽtorum vsum. Qui nec etiam (vt tu-reris)minoris malitiæ esse elleborũ q̃ scamonium in ea-dem scripsit cõmentatione. Sed in fine quidem præcedẽ-tis cõmentationis,non elleborum scamonio,sd eius hierę quæ per colocynthidẽ vario modo paratur,eam quæ el-leborum recipit,ei in dolore lateris prætulit,quæ recipit scamonium. quod etiam eodẽ capite scribitur,drachmas duas ellebori,interimere,bonis authoribus,Plinio videli-cet,Oribasio,Paulo,vt Arabes obmittam,aduersatur. Ea præterea quę ex antiqua.l.iii.de simplicibus medicamen-tis traductione afferuntur,nõ satis fideliter versa sunt,sic eñ latine sonant. Oĩno quidem similitudinem quãdam habet purgans pharmacum vni ex humoribus qui in no-bis sunt non in vniuersum,tamen miscetur ei aliqua ve-nenosa potestas. Quare neq; in vniuersum lædet nõ pur-gans,sed concoquetur,& talem gignet humorem,qualẽ trahere aptũ erat. Hęc Galen⁹ asserẽs omne quidẽ purga-toriũ pharmacũ similitudinẽ habere cũ aliquo nostrorũ humorum,non tñ habere semper secũ commixtã vene-nosam vim. ¶ Capite quoq; de ocimo ex Dioscoridis sen-tentia,res ei ascribitur,cui ipsemet Diosc.& alii boni au-thores aduersantur,eius vsum damnãtes tanq̃ mali succi difficilis cõcoctui,redundantis humoris,& visum obscu-rantis:putauerim tamen librarii potius q̃ tui vitio con-tigisse,vt oculorum claritatem facere dicatur,male vero sibi cõsuluisse Gallos,q eo ꝓ cibo,vt scribis,vti cœperũt. ¶ In parthenij nomine apta ꝓculdubio est æquiuocatio,

Lachry-ma papa-ueris verũ est opiũ.

Ellebor⁹ ẽ minoris malitię q̃ scamoniũ

Plinius.
Oribasi⁹.
Paulus.

Galenus.

Dioscori-des de o-cimo.

Pharthe-

nium & ficuti & in amaraco. Amaracus enim quæ nomen amaracino vnguēto dedit, herba est suauissimum spirās odorem, de qua Diosc. sub nomine Sampsuchi scribit, li. iij. à qua omnino diuersa est ea de qua eodem lib. scribit, sub parthenii nomine, quæ vt ipsemet ait, odore viroso est, vtraq; harum notissima est. Prima quidem sub nomine maioranę, secunda sub nomine matricariæ, vel, vt nostris mulieribus magis placet, marellæ. ¶ Non contemnenda quoq; ęquiuocatio facta est in limonii nomine: de fructibus enim qui nunc limones dicuntur, & ad lautitiē mensis petuntur, vel non meminerūt antiqui, vel sub nomine citri. Limonium vero de qua scribit Galenus lib. vii. herba est nomē habens, vt inquit Diosc. quia in pratis nascit, & palustrib⁹ locis: neq; quēq; mouere debet fructus nomē: siquidē & ea voce, hoc est καρπος, etiā in herbis gręci vtuntur. ¶ Mitto differentiam inter cytinum, & balaustion, q̄ in ea falli quispiam possit, citra vitę humanæ prę iudicium. Hæc sunt mi Symphoriane quæ perambulanti tuos amœnissimos hortos imbecillibus alioqui meis pedibus occurrētia gressus meos aliquātisper retardarunt, Quæ ideo ad te scripsi, q̄ & tu petieras, & vt etiam agnosceres reliqua oīa à me albo calculo esse signata, totumq; hortum esse me diligentissime perscrutatum. Quā diligētiam si tu quoq; in examinādis meis nugis adhibueris, nō dubito, quę tua est perspicacia, ne multa inuenias quę maiore censura, q̄ id quod de cyaneo lapide scripseram, digna sint, quod tantum abest vt ęgre laturus sim, vt magis tibi, vel hoc nomine debiturus sim, q̄ ex aliis in me collatis beneficiis. Campos quoq; tuos elysios, sed cum festinatione lustraui, qui mirum in modum mihi arriserunt: legā Deo volēte posthac cūctati⁹, & qd de eis sentiā, qd' magnū oīno erit, ad te scribā. Hoc tacere nō possum, plus tibi vel ex hoc cōmētariolo debere tuā Galliā, q̄ olim suis Druydis. Vale Galliæ ornamētū: &, qd' facis, pge bonas mētes iuuare, tibiq; immortale decus, & patriæ, imò toti Christiano orbi, maximum emolumentum parere. Ex Ferraria tertio nonas Quintiles. M.D.XXXIII.

Amarac⁹ noīa sunt sinonyma.

De limonio.

Galenus.

Dioscorides.

Cytinū & balaustiō

Iudicium Manardi de horto Gallico.

De cāpis elysiis.

SYMPHORIANVS CAMPEGIVS eques auratus Ioanni Manardo in omni disciplinarum cognitione consummatissimo, toti⁹ item Italiæ medicorum principi iuxta diuum Platonem bene agere.

VNæ nepotis mei Ioannis Campegii ex Ferraria literæ magnã nuper rure mihi redeunti attulerũt voluptatem: hanc ipsam cumularunt, quas nunc alteras ad me dedisti: hoc certe ignorare nõ potes, ac vere nunc fortunatiorẽ me factum puto esse, qui eiusmodi fuerim amicitiam assecutus, qua potest mihi nec gratius esse quicq̃, nec omnino iucundius. Alii se beatos putant, si opes, si diuitias, si amplas fortunæ copias adipiscantur: at mea longe alia mens est, quippe qui amicitiam vitæ tutissimum præsidium, ac magnum decus cæteris antepo- nam rebus humanis. Disiungit nos locorum diuersitas: imò (vt ita scribam rectius) corpora, & membra disiũgit. At coniungit natura animos, copulat amor, vt vel sim apud te absens, absens tecum loquar, & quasi alternos cedentẽ sermones audiã. Quod eñ de me certò scio, hoc de te plane cõfido, & spero: vt lõge absimus à vulgo. Amãt quidem multi quos coram cernũt, atq; adesse perspiciũt, nos non modò quas vicissim scribimus literas, sed ipsa multò magis animorum cogitatio pręsentes reddit. Quẽ nunq̃ sors conspiciendum obtulit, cum ita complector, vt frequẽter in ore, semper in corde versetur, atq; illa demũ omnium iucundissima cogitatio est, dum te & dulcia alloquia, quæ ipse sæpe effingit anim⁹, quasi hoc loco Epicurum imitatus mente voluto. Tu quoq; vt idem facias, vt credo, ita etiam vehemẽter oro. Quod dogmaticũ medicum nepotem meum Ioannem Campegiũ, & Dionysiũ Coronæum vtriusq; linguæ peritum amicè fueris amplexatus & laudo, & maximã habeo gratiam. Ab eis (vt ex

Epicurei felicitas in diuitiis & voluptatibus.

Amicitia tutissimũ pręsidiũ.

Amicitia frequẽter ĩ ore, semper in corde versatẽ

Ioannes Cãpegius & Dionysius coronæus.

ipsorum cognoui literis) plurimū diligeris, & vterq; tuā virtutem, doctrinam, atq; humanitatem laudāt, & in magno habent pretio. Quid multa? Cū subessent mutui amoris causæ permultæ, facis tu quidem, vt indies grauiores addantur: ad causas potest fortasse aliquid: ad summum vero amorem nihil potest accedere: plurimum tua mihi semper probata lectio est: tuū laudo vehemēter ingeniū, cum ita vitæ tempus distribuas, vt nullam eius partē labi inanem patiaris. Ita negotiatoris munus exerces, vt sapientis officiū nullo modo prętermittas. Qui tantū in literis ponis, vt etiā inter studiosorū professores merito annumerari debeas. Duos olim apud Italos habui amicitiæ cōiunctos, ac ex literis familiares, Alexandrū Benedictū, ac Symphonianū Grignanū, ille patria Veronensis, hic Mantuanus, vterq; mediusfidius, si iudiciū requiras meū, erudite multa, & si docte, multa ingeniose, tū de Latinorum, tum de Græcorū hausta fontibus in mediū protulere, quod indicant libri cōplures, tum vel is maxime, qui de historia corporis humani Benedicti inscribitur, quo certe in loco Alexander summā ipsius corporis humani vim & laudē patefecit. Fuit & Symphonianus Grignianus singulari vir doctrina, ac nulli⁹ disciplinæ rudis. Philosophiā, Theologiā, ac Medicinā non solum percalluit: sed etiā plurimū illustrauit: quod indicat panegyricus diui martyris Symphoriani: quo certe panegyrico summā ipsius Philosophiæ, & Theologiæ vim, & laudem patefecit, quando illa autore, ignorantiæ tenebrę propelluntur, & veritatis splēdor, & claritas elucescit. Sed sublati sunt, & de terreno carcere, & ex hac mortali luce migrarunt Alexāder Benedictus noster, ac Symphonianus Grignanus, quod sine vi magna lachrymarū effari nescio, quod eos nouerim viros bonos, natos ad cōmunem hominum salutem, atq; vtilitatē tuendā, ad Hippocratis, ac Galeni doctrinā illustrandā, & si ita dicere fas est, quasi musarū alūnos, ex Italia vestra profectos. Sed nisi vana sit Pythagorę palingenesia non solū Alexandrū alterū, aut Sym-

Alexander Benedictus. Symphonian⁹ Grignanus.

Pythagorę paligenesia.

phonianum,sed Antonium Musam Ferraria rediuiuum produxit Ioannē Manardū,qui virtute philosophica recētiores omneis medicos,ex antiquis etiam cōplures á se longe reliquit:cęterum operū multitudine,sententiarum grauitate,elegantiaq́; Galenus sit extra aleam,omnium quasi pontifex maximus:ille tamē Academicam medicinam,hic noster Manardus Atticam cum latina cecinit. E qua veluti ex solidis basib⁹,p acriloga Enthimemata, exactasq́; inductiões,& si dicere licet,Epicheremo,Syllogisticoq́; discursu conclusionē Atticæ medicinæ,si nō pigmētatis,cincinnosisq́; eloquijs,cōsonantibus saltem hymnis,proportionatisq́; symphoniis medicinæ atticæ decorē eminēter,ac cla e,& cōcinnè colligere possimus.Te vero Manarde charissime Galli aureū flumen appellant.

Antonii Musæ ad Manardū comparatio.

Galenus extraaleā

Nup Tomus secūd⁹ epistolarū tuarū dulce volumē,& lepidū illis apparuit opus:illud non me solum vere amantem Manardi doctrinam,sed omnes etiam,qui his de rebus iudicare possunt,vehementer ac mirifice delectauit. Sed non est hic satis idoneus laudandi locus:id tamen minime siluerim,qui haud dubiè nostræ sis ætatis philosophorum omniū,ac Italiæ medicorum facile princeps:vt meritò Galli,& Germani Manardum ornatissimum medicū appellent. Quis eloquitur magnificentius?Quis acri⁹ inuehitur?Quis laudat grauius?Quis in omni dicendi genere excellit præstantius?Platonis redoles disciplinam, Galeni sapis vbertatē,& ad præclaram Cornelii Celsi eloquētiam proxime accedis,vt felix hoc sęculū iudicare nō verear,quod te preconē tulit eiusmodi,& simul inclytū, ac magnanimū Archiatrū,cuius memorabilia gesta tui sint farrago libelli. Sed si qs importun⁹ cauillator nobis obiiciat Manardi doctrinā nos floccifacere,& tamen eius lucubrationis non exiguā partem in opus nostrum conuertisse. Non eo inficias,imo ingenue fateor me in eius lectione profecisse plurimū. Eum nāq́; multis in locis insequutus sum. Sed quoniam(vt inquit poeta)non omnia possumus oēs. Et vt Hora,inquit,quandoq́; bonus dor-

Tomus secūdus epistolarum Manardi apud lugdunū prę lo datus.

Manardi doctrina & laus.

Horatius

Varro. mitat Homerus. Et iuxta illd' Varronis. Nemo vnus oia potest scire. Quapropter inuenies me Manarde charissime in nonnullis abs te longe dissentientẽ. Non enim semper Galenus cum Hippocrate conuenit. Non semp Augustinus cũ Ambrosio. Non Gregorius cum Hieronymo. Non mireris igitur Manarde charissime, si de lapide cyaneo, de scamonio, veratro, colocynthide, aliisve medicinis venenosis tecũ non sentiam. Opiniones eñ clarorũ virorũ liberæ sunt: in veritatis enim inquisitione exercentur mortaliũ ingenia. Quę autẽ de Cyaneo lapide scribis, tua est opinio, tuaq́ experientia: aliã quoq́ de eo habui vnà cũ Leoniceno rationẽ, aliãve experientiã: habet eñ lapis cyane⁹ noĩe, vt scribit Diosc. lib. 5. vim destruẽdi, ac putrefaciendi. Ideo nullus ex Græcis authoribus cyaneũ lapidem purgandæ atræ bilis gratia docuit deuorari. Est ceruleo lapidi, vt Diosco. scribit vis, & natura exulcerare & crustas ignis modo inducere. Sed dicet quispiã, ꝙ si bene abluatur, multũ posse iuuare, & nihil vel parum lædere. Ad hæc respõdeo cum Galeno. ix. simpliciũ, cap. de lapidibus. lapides ex sponte natis corporibus esse. Vires eñ habent partim secundũ totius substantiæ proprietatem, partim secundum qualitates effectrices. Siquidem facultates inquit quæ proprietatis totius substantię ratione insunt (vt de cyaneo lapide dictum est) à methodo ac ratione alienæ sunt, & per solam noscuntur experientiã, quæ (vt Cous inquit) fallax est & anceps. Nã cur hic lapis tacto vulnere, vnde sanguis prorumpit cursum eius reprimat, ac sistat, haud vomitus? At cur lapis quẽ vocãt cyaneum Græci, atrabili laborantibus indatur, Græcos latet. Nam id ratione inuentũ haud est. Cyanos, vt scribit Galenus lib. ix. simpliciũ, & Paulus lib. vii. acri facultate est detrahẽdi quoq́ & digerendi, potentiori quàm cinnabari. Serapio mauritanus in lapide lazuli refert ex cuiusdam alchanzi sententia lapidem lazuli habere virtutem adustiuam, & putrefactiuã, atq́ ideo auferre verrucas. Quapropter Montagnana quidẽ medicus sua ætate celeber-

[Margin notes:] De scamonio, colocynthide, ac lapide cyaneo. — Dioscorides de cyaneo lapide. — Galenus. — Galenus & Paulus de lapide cyaneo. — Serapio. — Mõtagnana.

rim⁹ lapidis lazuli vſum periculoſum exiſtimat,quoniã ſæpius nociuus. Remoueri enim per ablutionem non poteſt eius malitia,quã ex ſubſtãtia totius habet,nec de Cyaneo lapide pigmentarii,pharmacopolæ,ac ſeplaſiarii,ne dicam iuniores medici vllam habent veram experientiam. habes tu forſitan de Cyaneo lapide Manarde chariſſime experientiã,quam nedum Græci,ſed & Leonicenus, ac Montagnana ignorarunt. Sed lapide hoc in ſuo loco relicto,reliqua quæ in Horto noſtro Gallico dubia repeꝛiſti amplectamur. Imprimis nõ tibi placet ꝙ omnia purgatoria medicamenta fortia dicantur pernecantia,& penitus abiicienda. Neq; aliquando hoc dixit(inquis)Galenus,alioqui ſecum aperte pugnaret,cum & ſcamonio,& elleboro,& colocynthide crebro vtatur. reſpondemus Galenum fuiſſe Aſiaticũ,ex Pergamo, Paulum Æginetam Græcum,& Græcis ſcribere,& ſuis. Item tempore Galeni ignotæ erant medicinæ,quas noſtri benedictas vocant, vt ſunt manna roris,caſſia fiſtula,rhabarbarum,Sene,& fortaſſe laudabilis agaricus. Quem em̃ agaricum Dioſc. laudat,Meſues damnat,ac vituperat. Si em̃ cognouiſſet Galenus Rhabarbarũ,ſcamoniũ reliquiſſet. Si agaricũ noſtrũ Allobrogũ vidiſſet, colocynthidẽ prætermiſiſſet. Si ſene noſtrũ expertus fuiſſet,non fuiſſet veratro vſus. Si mannam,& caſſiam nouiſſet,illas maxime probaſſet. Item aliud eſt ſcamonium apud Galenum,Oribaſium,& Paulũ ex Colophone,cuius doſis(vt verbis neotericorũ loquar)eſt drachma vna. Alia vero eſt Auicẽnæ,& Meſuę ſcamonea,quę Antiochena,aut Arabica,vel ex Coraſceni,cuius vltima doſis ſunt grana.xii.vt ample ſcripſimus in libro noſtrarum Caſtigationũ,cap.xxxiii.ac officina noſtra,quos ad te miſi,vnà cũ horto noſtro gallico, quorum nullam in epiſtola tua facis mentionem:ſi enim legiſſes,forſitan alia nobis ſcriberes,ꝙ̃ facis:vlterius ſcamonium quo vtimur adulteratũ eſt,& ignorant Pharmacopolæ,ac Medici Ghriſtiani an ſit Scamoniũ,an vero de genere tintimalorũ,cum ſit ſuccus inſpiſſatus herbæ, ab

Galenus.

Medicinę benedictę mãna,caſſia, rhabarbarũ, ſene,& agaricus.

Oribaſi⁹ & Paulus

Liber Caſtigationum.

Scamonium Gale. alid᷑ eſt à ſcamonio Auicẽnę.

malorum genera septem,colocynthidã,turbith,esulam,
laureolam,opium,mandragoram,camphoram alchimi-
starũ,vnà cum hyoscyamo,& euphorbio tanq̃ venena,
basiliscum,regulum,crocodilum,salamandram,ac vipe-
ram,& maraicum,fugiat. Quod autem obijciunt,nihil
nos posse proferre ex nostris terris,quod scamonio,elle-
boro æqualiter euacuet, ac purget.Id respondemus,no
stra culpa fieri,qui hoc ignoramus:verum id palatũ no-
strũ non fert:quia nõ titillat,quod nõ ex Arabia,aut In-

Accidentia medicinarũ venenosarũ

dia asportatur,Scamoniũ bilem euacuat.Cataputia vero
nostra bilem pituitam,ac bilem atram purgat.Eius acci
dentia sunt conturbatio,& subuersio stomachi.Acciden-
tia vero scamonii,vt scribit Galenus.2.de acutis morbis
sunt,defectus cordis,æstuatio fortis,& febris,sitis valida,

Scamonium Cherua seu cataputia

dysenteria,dolor ventris,syncopis.Scamoniũ Gallis,&
Italis ignotum.Cataputia siue cherua maxime nota.Sca
monium verũ & laudabile in solo Colophone nascitur,

Veratrũ

vt scribit Diosc.Cataputia vbiq̃ reperitur.Veratrum al

Agaric9.

bum per superius purgat pituitã,sic & niger bilem atrã
per inferius.Agaricus vero noster pituitã,ac bilem pur-
gat,adstringendi vim habet,calefacitq̃,facit & ad tormi-
na,vt scribit Diosc.Daturq̃ vtiliter drach.pondere ioci-
norosis,suspiriosis,suffusis felle,& vrinæ angustiis. Acci-
dentia veratri vt scribit Rases,sunt tremor cordis,ardor

Accidentia agarici.

linguæ,eructuatio cũ inflãmatione,& tãdem mors:dra-
chmæ enim duæ interimũt.Accidẽtia boni & laudabilis
agarici nulla sunt:confortat em̃ cor,& cõtra venena va-
let plurimum. Vir igitur Christianus si possit morbũ ex
flaua bili genitum cum rhabarbaro curare,Scamonium
fugere debet,si pituitã, cum agarico:colochyntidã præ-

Plato.

Cato censorinus.

termittat:si vero cum sene atram bilem,elleborum vti sa
lamandrã,ac regulum fugiat.Hæc sunt Manarde charis
sime quæ de medicinis fortibus,& venenosis, vnà cum
Platone,ac Censorino Catone sentio.Morbi em̃ nisi peri-
culosissimi sint,ac desperati,cum talibus pharmaciis irri-
tandi,ac curandi non sunt.Sed scamonio,ac elleboro reli

ctis,reliqua

ctis, reliqua epistolæ tuę sine aliqua tamen bili peragrantes. Capite de ocimo ex Dioscor. sententia res ei (vt scribis) ascribitur, cui ipsemet Diosc. aduersat: certe Manarde charissime scias (vt tu optime nosti) ex librarii vitio cõtigisse, vt oculorum claritatem facere dicatur. In Diosco. vero sic habetur: claritati oculorum officit copiosior ocimi cibus: librarius vero loco de officit, & loco de o, posuit e. & efficit pro officit. In parthenii noĩe aperta apud omnes, vt scribis, est ęquiuocatio, sicuti in amaraco, quare ad alia transeamus. De limonio (vt scribis) non meminerunt antiqui, prout fructus est, sed herba apud Galenum vii. simplicium: sed certe tu malum interpretem secutus, herbã pro fructu affers: verba enim Galeni vtcũq; tamen fideliter interp̃tata sunt hæc. Limonii fructũ, vtpote acerbum, exhibent celiacis, & dysentericis, hæmoptoicisq;, siue sanguinem spuentibus, iuuat & profluuium muliebre. Hæc Galenus. & Paulus in. vii. lib. simpliciũ sic habet. Limonii succum veluti austerum cum vino exhibẽt cilia cis, & dysentericis, & hæmoptoicis. Apud Galenum, & Paulum Limonium fructus arboris. Apud Diosco, vero lib. iiii. cap. xviii. Herba est eãdem virtutẽ cum Limonio habens, quæ nascitur in pratis, & palustribus locis, & habet caulem gracilem, rectum, altitudine lilii, gustu astringente, rubroq; semine plenum, potest tritum semen, mox in vino potum acetabuli põdere, celiacis, & intestinorũ torminibus opitulari, & rubras fœminarũ fluxiones cõpescere. Hęc Diosc. Miror igitur Manarde charissime cũ peramhulaueris Hortos nostros, & cap̃. de limonio inueneris Galenum a me citatum, Diosco. pro Galeno accepe ris. Sed hacten⁹ mihi videor satis doctissimi Manardi disseruisse sententias, qui physicarum inuestigationum peritissimus est, qui ad scientiam rerum adhibet dicendi copiam. Clarus est Manardus noster, qui eloquẽtiam simul & philosophiam cõplexus est, illustris est, græcè ac latine eruditus. Non eum satis laudare possum. Doctos vero homines quis satis laudet? qui quò plura adepti sunt,

De ocimo respõsio.

Auicẽna in quarto canõe de cura febrium acutarũ in generali iubet dari aquã acetositatis limonis saliti.

Galenus.

Paulus.

Quid limoniũ apud Galenũ, qd vero apud Dioscoridem.

Manardi virtutes.

eo maiores meretur honores. Accipies igitur charissime Manarde epistolã nostrã serena fronte, calamo insuper ne parcas, oram⁹. Tuo em̃ inculpabili iudicio vel stabim⁹, qđ optam⁹, vel cadem⁹ poti⁹, qđ timem⁹: & aut de incomparabili tua erga me beneuolẽtia, summaq; in primis eruditione cõfisus, aliqñ maiora te hortãte peregero, aut destitero, te vsus sapiẽtissimo consultore, a susceptis improspere, fortassis & arroganter operibus. De nugis meis hæc pauca subiiciã. Monarchiæ Gallorũ, ac triplici imperio extremã manũ imposuimus, de armonia mundi totius lib. ij. de campis elysiis lib. xii. De curãdis corporis, & animæ morbis lib. vj. in Timeum locrũ de mundi vniuersitate comment. lib. i. de mysteriis Druydarum lib. ij. hæc sunt prẹter ea quæ adhuc in manibus meis imperfecta versañt. Vale vir optime feliciter, & ad amussim Symphorianũ in tuo sinu diutissime serua, & symphoniace ama. Ex bibliotheca nostra Lugđ. vltima Septembris Anni huius M. D. XXXIII.

Opa Cãpegiana nõdũ prẹlo data.

DIONYSIVS CORONÆVS SYMphoriano Champegio equestris ordinis viro & inter medicos eminẽtissimo S.P.D.

QVandiu nihil hic dignũ habui, de quo literas ad te darem, sic egi semper cum nepote tuo Ioanne Campegio, vt quoties is ad te scriberet, te verbis meis iuberet saluere, & interim gratias habere me tibi significaret, quod nostri memoria apud te non esset prorsus abolita: & hoc quidem officii ratione putaui, non dico satisfactum iri meæ erga te obseruãtiæ, sed certe boni cõsuiturum esse te verecundiam meam, atq; facile condonaturum mihi cætera officiorũ genera, quæ fortasse aliquo tuo iure à nobis potuisses requirere, quæ velim dones nõ tam mihi, q̃ loco, quàm tẽpori, quàm studiis, quàm equitationibus, q̃ deniq; aliis id genus procursationibus, quẹ

nos hic fere totos hactenus occuparunt: verũ ex quo fors
literatæ indaginis cœpit mihi lætior eblandiri, & felicius
arridere, hoc est, ex quo prædam adeptus sum multis an-
nis mihi antea expetitam, peruestigatamq;, de ea tibi ali-
quid scribere volui, non ob id tantum, vt huius meæ ve-
nationis fructus tibi innotescat, quàm vt consilium super
ea re tuũ audiam: percupiẽs in istis tuis saltibus volupta-
tem tecum capere, & eo persequi, quousq; iusseris, credo
te mirari, vel potius iam ridere ad prędæ, & venationis
nomina, qui probe nosti equos meos, canes, retia, ac nihil
non meum, qualisq; ipse sim venator. Sed desine istud si
voles, venatus sum vtiq;, & cœpi prædam omni humani
tate mansuetiorem, & auro preciosiorem, Thesaurũ inue
nisse me dicere fortasse debui, inueni certe, hoc est Auicẽ-
nam, nõ Arabem quidem illum in sua lingua principio
scriptum, & ęditum, sed Hebræũ antiquissimum in hanc
proximam linguam trãsfusum, cui statim ab ipso autho-
re, vt autem exiisset eiusdem calculo etiãnum fortasse ꝓ-
batum. Quod vero ad hoc sęculum pertinet, ita emenda-
te scriptum: vt si cũ Arabico quouis exemplari confera-
tur, nihilo deterior illo videri possit, tam sancte, tãq; reli-
giose sua omnia gens asseruat sibi hæc, nihil profecto vn-
q̃ memini me legere elegãtius, nihil castigatius, nihil ab-
solutius, vt facile putem desituros esse multos tam male
sentire de Auicenna, si ex hoc tãq̃ fonte altero olim au-
thor iste reuiuiscat, hoc est ex huius exemplaris fide, ro-
mana colonia per aliquem donatus orbi tradatur, legen-
dus integer, nõ vt ante fuit lacer, ac capitibus multis im-
minutus, hunc quotidie cõfero cum eo, qui nuper Vene-
tiis excussus est typis, castigationibus tam multis ex Ara
bico sermone additis. Sed Dii boni quãto noster hic, quã
alter ille locupletior, quanto fidelior, quanto pręstãtior?
Desinam hic amplius hunc laudare, ne diuẽditare potius
dicar: ad hanc felicitatem nactus sum hominem Hebręũ,
qui locis difficilioribus mihi preit, & tanq̃ lucerna accen
sa prælucet, totos tres menses illũ iam audii, si quid vnq̃

Venatio Coronęa.

Auicẽna Hebræus ac nouus

Laudes Hebræi Auicẽnę.

Hæbreus ab heber hoc ẽ trãs itu dict⁹ ẽ

profecerim, vtilitati studiosorũ cedet: institutum hoc meũ, prosequuturus sum, si sensero te nõ improbare: equidem cupio vehementer audire tuum super hac re iudicium, idq; potissimum propter hominum opinionem, quæ iã pridem de Auicenna nostro inualuit, de quo epistolam alteram longe hac vberiorem elimaui, quam sum missurus propediem Burgensi, Capellano, & Mileto Regiis medicis. pergratum facies, si Frãciscum nostrum meo nomine salutaueris, eiq; hæc dixeris. Vale medicorum decus: & me ama, vt semper fecisti, decimoseptimo calendas Septembris. M. D. XXXIII. Romæ.

Burgẽsis, Miletus, Capellanus regii medici.

Dionysius Coronæus ex animo tuus.

DIONYSIO CORONÆO LATInæ, & Græcæ eloquẽtiæ consultissimo, ac Peoniæ artis doctori eminentissimo Symphorianus Campegius eques Auratus S. D. P.

PEtis à me vir ornatissime, quid de Auicenna Arabe, ac eius doctrina sentiam. Simplicis & aperti ingenii sum, ꝑinde iudiciũ meũ paucis habeto. Cõsilium Auicennæ non fuit (vt vident, ac cognoscunt medici docti omnes) pigmentis ab arte medica quęsitis rerum naturalium, non naturalium, ac quæ cõtra naturam sunt seriem, vt Galenus in arte parua fecit, narrare: sed ab aliis vtpote quæ à Galeno, Paulo, Raze, Oribasio effuse, sparsimq; tradita, velut in congeriem vnam colligere, vt medicinam cognoscere volentibus absit inquirendi labor. Nam præterq; ꝙ ad compendium parata sunt Auicennæ documenta, si quis intelligit mutari cum temporibus formas & genera dicendi, sic & stylum Auicennæ præsentis notæ fastidit: est enim stylus nõ purus, non candidus, sed ater, & qui non nobilitatẽ, sed barbariem præ se ferat: vt nuper amplissimi medici Nicolaus Leonicenus,

Galenus, Paulus, Razes. Oribasi⁹.

Auicẽnæ stylus.

Laurētianus, Theodorus Gaza, Ioānes Manardus, Ruelius, Hermolaus barbarus prædicauerunt. Vtinam cæteris ordinis tui, in antiquis & potioribus æmulandis idem studij foret, profecto medica facultas tanta stribiligine, romanæq; linguæ dehonestamentis inquinata non esset. O vere felicem artem medicam, si Græcarū partium, ac Latinarum, non mahumetensium ex voto successis: ei contigisset ab Nicolao Leoniceno, Manardo, Copo, Theodoro Gaza, Ruelio, Thoma linacro, & similibus vtriusq; linguæ hominibus peritissimis diutius administrari. Non enim magis Athenæ Platonis, aut Pergamus Galeni consilio, q̄ latina medicinæ Academia illis floruisset. iniqua me hercule sors hoīb⁹ nostris inuidit, sermonesq; Arabū, Pœnorum, ac Mahumetensium, q̄ nostros, ac latinos augeri maluit. At illud in eius potestate nō fuit auferre, quin absens diu noctuq;, vnà cū Manardo cogites, vt ab impotenti, ac barbarico dominatu natale solū possis eximere. Inuenisti certe, vt scribis, Auicennam nō Arabem quidem illum in sua lingua principio scriptum, & æditū, sed Hebræum antiquissimum in hanc proximam linguā transfusum: ita emendate scriptū, vt si cum Arabico quouis exemplari cōferatur, nihilo deterior illo videri possit, tam sanctè, tamq; religiosè sua omnia g̃ẽs hæc sibi asseruat: nihil profecto (inquis) vnq̄ te legere elegantius, nihil castigatius, nihil absolutius: vt facile putes desituros esse multos tam male sentire de Auicenna. Gaudeo plurimū Dionysi suauissime te inuenisse Auicennam non Arabẽ, sed Hebræū. Quod enim Diosco. & Columella de persico pomo dixerunt, tu de Auicenna affirmas. Quod em̄ (inquit Diosco.) retulerunt quidam letalem in Perside arborem rem esse, translatā deinde in Ægyptum, mutata natura salubrē, & edendo factam fuisse. Et Columella, Stipari calathos pomis quæ Barbara Persis miserat, & fama est patriis armata venenis. At nūc expositi paruo discrimine leti Ambrosios prębent succos oblita nocendi. Idē quod id ait letalem in Perside quondam creditam hanc

Neoterici illustres.

Neotericorū laudes.

Arabum ac pœnorū sermo improb⁹.

Pulchra analogia.

Dioscorides.

Columella.

esse arborem, mox amissa nocendi vi amabiles omnibus ꝓferre fructus: pari forma Auicẽna in Arabia, & apud Hispanos letalẽ habuisse vim, translatum deinde in hebraicã linguã mutata natura salubrẽ factũ fuisse. Duos igitur Dionysi charissime habebimus Auicẽnas, Arabẽ primum, Hebræum secundũ. Primus nusq̃ fere nõ pugnantia docet, & illum errasse cum suis strenue pronunciamus. Secundus Hebræus ab hebræo puta Rabymose vel Raby samuele emendatus, & à Dionysio Ceronæo Carnotensi Gallo latine scriptus, ac illustratus. Proinde hoc in loco manifestum sit Auicẽnam Arabem sua non ordine aliquo scripsisse: sed vniuersa magis veluti ĩ chaos quoddam confusum congessisse. Cæterum præter hunc confusum docendi ordinem à vero quoq; aberrat: quod cap. cccxliiii. & cap. dx. populum arborem in tertio ordine calidam astruit: quã uis mox cap. cccli. æqualem esse in caliditate, & ad paucam declinare caliditatem scribat, id quod & in Carabe facit, & Cicutam, Napellumq; herbas videtur ignorasse: quoniam quæ cicutæ debẽtur, napello tribuit. Et Ixion pro ixia inter venena enumerat, & calamentum cum Origano, & volubilis herbæ ꝓprietates cum hederę proprietatibus, & lapidem armenũ cum cyaneo siue lazuli, & erisypelam, formicam miliarem, ignẽ persicum morbos natura distantes, eorundemq; curationes confundit. Et in curatione bubonis pestiferi remedia reprimẽtia adhibet. Item credidit Tirum esse serpentem diuersum à vipera. Errauit etiam miscendo in theriaca allium siluestre pro scordio herba. Arabicã igitur illam Auicẽnę traductionem non semel tantum, sed fere singulis quoq; capitibus multifariam deprauatam esse sicut patet eandẽ cũ Galeno, & Paulo conferenti. Cum itaq; Gręcę lectonis veritas, Paulusq; Ægineta Galeni simia, ipsaq; rei experientia, quæ reliquis omnibus præstat, confirmẽt omnia quæ dicta superius sunt errata, nihil ꝓhibet, quin Auicẽnam primũ, & Arabem errasse cum suis strenuè pronũciemus. Et hæc quidem satis esse puto quãtum ad

Mutatio loci mutat & cõplexionẽ.

Druydes ex Carnotẽsi fuerũt ꝓuincia.

Prope carnutũ ẽ vrbicula quæ hodie vulgo dicit̃ Dreux à qua druydes.

Auicẽnæ errata.

primum,& Arabem,ac Mahumetiſtam Auicēnam. Ad Auicennam vero quem Hebræum facis accedēs,quem in ſubſidiū vocas:facile vnà cum Manardo amico noſtro dicere poſſem,ſi vellem,nihil ad me ei⁹ dicta:vt hominis inter antiquos non numerandi,ſed nec inter authores, hoc eſt qui arti aliquid addiderunt,illū autē ignoramus, Neſcio em̄ an in omnibus cum Arabe Auicēna concor det,quum primus ex aliis authoribus fere verbū ex ver⸗ bo acceperit,quicquid in ſuum librum congeſſit,atq; cū multis vel ſui,vel interpretum culpa mendis (vt aliàs ma iore ſubſellio forte demōſtrabitur) verum vt amico,hoc eſt tibi Coronæo aliquid condonem,tuum Hebræū Aui cennam inter idoneos hoc in negotio proteſtatione tamē præmiſſa,dono me facere non ex debito libens,& volens admittam. His enim in locis in quibus primus Auicēna Arabs cum Galeno,& Paulo,ac Dioſc. conuenit,ita con⸗ cordat,vt diſcordare nō poſſit:vbi autem diſcordat,tam aperte diſcordat,vt minime cōcordare velit. Sed expecto quid noui afferat Aphrica:quid vero paleſtina cum ſuo nouo Auicēna:cum ſciam niſi expolitum ingenio,ſum⸗ moq; elaboratū ſtudio à te in lucē emitti non poſſe:aui⸗ de etiā quæ in medicina,aliiſq; diſciplinis prælo dediſti operior. Ego autem inde qualis mihi videar,quātum mi⸗ hi placeam meipſum quandoq; cōtineo:apud me lateo, & ſcripta aliqua premo,pauca admodū ſcribo,cuperēq; nō ꝙ plurima,ſed ꝙ optima ſcribere:timeo quoq; aliis nō placere,cum mihi nō placeam,Platonem ſequutus in epi ſtola ad Dionyſium. Putauit nāq; Plato vere ſcribere dif ficile eſſe ; difficillimum autem vnum omnibus placere. Emittam autem ea quæ placere,aut diſplicere non pote⸗ runt ,niſi legantur,laudabunt,legerunt,carpēt,legerunt tamen,pœnaq; fortaſſe maior erit illis legiſſe,ꝙ mihi ſcri pſiſſe,ſi diſplicebunt:cumq; id effecero,tui atq; Manardi noſtri erit arbitrii operępreciuṁ iudicare. Non eſt ergo ꝙ Auicennā Hebræum ſupprimas:qui multum notitiæ ſtudioſis allaturus,patriæ,tibiq; nomē immortale pariet.

Auicēna hebræus.

Symphonia Auicēnæ cum Galeno.

Plato in epiſtola ad dionyſium.

Optima vero sibi discenda proponent, si magis à fontibus, quàm lacunis, è Græcis, quàm Hebreis, è Iudeis, quàm Arabibus, è veteribus, quàm iunioribus, è Latinis, quàm Barbaris hauriendam saluberrimam hanc artem duxerint. Non est autem quod in vniuersum damnandos, atque reiiciẽdos Arabes, recentioresque putem: quando & in iis non pauca sint, quę probanda maxime censeam. Auicenna, Razes, Mesues, & Serapio, ac barbari omnes, vt Sibylle, vt Mercurius, & Balaam videntur habere: vt lucem patiantur, & tenebras, & lucida, & opaca veritatum interualla, puraque interdum, & nonnunquàm impura. Quare si aliquid boni dixerint, ab eis tanquàm ab iniustis possessoribus accipiẽdum est, & in vsum nostrum cõuertendum. Verum cum magno admodum in istis legendis delectu opus sit, eosdem non nisi prius ex vteribus nacto iudicio proponendos duco: Ita enim quid candidum, quid atrum in iis sit, facile studiosi deprẹhendent. Vale medicorum præstantissime Lugduni. xxviii. Septembris. M. D XXXIII.

Arabes & pœni. lucida & opaca patiũtur interualla.

EPISTOLA CAMPEGIANA DE transmutatione metallorũ cõtra Alchimistas ad D. Ioannẽ Capellanũ, N. Miletum, & Hieronymũ Montuũ, viros doctissimos, ac peoniæ artis doctores excellẽtissimos.

CVm die. xx. mensis Septẽbris vesperi post ægrotorum visitationes ad Seplasiarium quendã nõie Renatũ Vilateriũ de more diuertissem viri celebres, accessit repente D. Thomas a Strata Taurinensis insuber, doctor medicus, bonarum literarũ, & doctorũ hominum studiosissimus, manu gerens forma manuali enchiridii libellum. Ego sititor alioqui rerũ peręgrinarum, ac nouarum, percunctor quid rei, vndeque acceperit. Ait libellum esse fontis ardentis proxime Grationopolim positi, cum nõnullis alijs libris, inter quos recenset Montui

Renatus pharmacopola lugdunẽsis valde expertus. Thomas ex nobili

nescio quid. Audito Montui mei nomine, statim aduolo, magnaqué cum voluptate librũ igniuomi fontis arden-tisve reuoluo, capita percurro, vniuersa deuoro potius ꝙ lego. Agnosco in his Hieronymi Montui viuax illud ingenium, profundam memoriam, acre iudicium, in mẽ-tem subeunt nostrę illæ propter Araris ripas ad insulam nostram barbaram deambulationes: crescit ardor in ipsis commentationibus te audiendi, videndiqué: librum igi-tur domum mecum porto: occipio legere cunctatius, mo do hoc, modo illud caput: tãdem nescio quomodo caput de generatiõe sulphuris, argẽti viui, ac nitri offendo. Ac-census nouitate tituli, magna attentione legere incipio. Video halituũ modos bifariam distributos, quoꝝ alter calidæ & humidæ tẽperaturæ est, cui vaporis est nomen inditum. Qui aũt suppetit, exhalatio scilicet, calidum sic-cũq; tẽperamentũ obtinet. Ex quibus mi Hieronyme vt scribit tuus collega Petrus Areodus doctor medic9 alio-qui doctus generantur in aere imbres atq; venti, tum in terræ, & loculamentis, & visceribus multa conflantur mi-sta, & fossilia omnia, quę à recentioribus mineralia dicun-tur. In quorum consortio sulphur, & sales, nitrum, atq; argentum viuum. Ex sulphure autem (vt scribit Areo-dus) & argento viuo omnia procreantur metalla. Hæc em̃ (inquit) omnium esse metallorum principia pruden-tes perhibent. Doleo hic simul & gaudeo. Doleo quidem Alchimistas qui ex aere & fumo aurũ, & argentũ cõfice-re tentãt in eoꝝ numero hactenus extitisse, quos video ꝓ-bari ab Areodo, atq; laudari. Gaudeo ignorantiæ nebu-lam per te, & Areodũ mihi abstergi. Nõ em̃ ex his sum, qui sibi placendo malunt errare, ꝙ alterius cedendo inge nio resipiscere. Pergo legere, audioq; quoties cœlum in-fluentia, motu, & lumine calorem in terrę penetralibus gignit, tellurisq; humido vaporẽ aereum, atq; viscosum extrahit: subinde eadem cœli actione calida, siccaq; exha-latio dicitur, ac vna vaporis pauxilulũ. Item & plurimũ exhalationis (inquit Areodus) cõmiscẽtur, tum vi astro-

progenie originem traxit.

Montuus origine a-stẽsis nati uitate Al lobrox.

Areodus vtriusq; linguę pe ritus do-ctor medi cus.

Areodus

opinionẽ Plinii aliorũ recẽtiũ philosophorũ tenet.

rum calorifica hæc inuicẽ vſq; adeo cõcoquuntur, vt hu
ius ſulphur ipſum indubitato fetet, pariatq;. Hæc Areo-
dus. Pergo legere, audioq; tranſmutationes Alchimiſta-
rum probare. Probari hoc magna animi propẽſione ex-
petens, vniuerſum caput perlego: eo tamen lecto, non mi
nus ac antea probationes deſidero. Siquidẽ quę ab Areo
do ad huius rei probationẽ afferuntur mihi haud quaq;
ſatiſfaciunt. Nam diuus Auguſtinus Areodi ſententiæ
adſtipulari minime videtur, non Ariſtoteles, non Plato
tranſmutationem illam probant. Metalla enim lapides,
& ſales, ac ſulphur mineralia ſunt, de quorum generatio

Opinio prima de generatione metallorum.

ne duæ fuerunt opiniones. Prima fuit quę ex vaporibus,
& exhalationibus actione qualitatum primarũ, & calore
cœleſti in terræ viſceribus procreari affirmat. Vnde Pli-
nius. Fundus terræ precioſiſſimus eſt, ibi enim omnes in-
fluẽtiæ cœleſtes confluunt, & gemmas pretioſas cauſant,
ratione huius calor maximus circa centrum generatur

Ptolemę9 Calcidius

ſcd'm Ptolemęum, & Calcidium. Hinc nõnulli ibi infer-
num eſſe argumentantur. Secunda opinio fuit noſtri Ioã

Scd'a opinio Ioannis pici mirandulani.

nis pici, dicentis corpora perfectiora expertia vitæ, qualia
gemmæ, atq; metalla ſicuti ex inferiori materia coaleſcũt,
ita radioſi illius caloris vi digeruntur, atq; formantur.
Nec obſtat (inquit) q̃ à luce prodire calorem hunc dixi-
mus, nec lux tamen ad ſubterranea quædam loca pertin-
git, in quibus id genus pretioſiſſima mixta generantur.
Nam ſi non illa vera opinio Platonicorum quorundam
penetrare omnia corpora cum diaphano lucem, licet cor-
poribus vel dẽſiſſimis inculcata, vel per rariſſima diſper
ſa non videatur. Certe illud negari non debet, diffuſum à
luce calorem eò poſſe pertingere, quò lux ipſa non per-
uenit: ſicut põt trãs parietem calor ignis ſentiri, nec po-
teſt tamẽ ipſa flamma videri: ſic nihil eſt quod prohibeat
infuſam montibus, & cauernis lucem intus ipſam quidẽ
non intrare repulſam opacitate corporis & denſitudine,
quæ non ſunt lucis ſuſcipiendæ idoneæ diſpoſitiones, ſed
tamen intus mittere ſuum calorem; quia licet non poſſint

talia corpora illuminari, calefieri tamen possunt etiã magis q̃ quę rara sunt, atq; perspicua. Tertia est mea quidẽ opinio, quam teneo, tenebóq; semper donec hos quidem spiritus reget artus, q̀ à primordio iussu creatoris prodierunt metalla, lapides, salesq;. Deus enim simul (vt scribit Augustinus) cuncta quę condidit creauit, dum vna volũtate multiplicem omnium specierum varietatem disposuit, iuxta sapientis oraculum, quod habetur Ecclesiastici xviii. Qui viuit inęternum, creauit omnia simul. intelligẽdum tamen, vt Franciscus Maroneus scribit, q̀ illud sapientis verbum secundum Augustinum super genesim ad literã, & in lib. de ciuitate dei videtur sentire, q̀ illi sex dies creatiõis quos enumerat Moses Geñ. cap. j. sunt vna dies septies repetita. Alii tamen fere omnes oppositum dicunt. In lib. tamen de mirabilibus sacræ scripturæ illud dictum sapientis aliter exponit, cum dicit. Qui viuit &c. creauit &c. vt simultas non referatur ad instans creationis, sed ad instans dispositionis, quod est æternitas, vt sit sensus. Creauit omnia quę simul ab ęterno disposuit: vnde videtur mutasse sentẽtiam Augustinus, sed vltima videtur fuisse finalis intẽtio, quia librum de mirabilibus creditur postremo fecisse, quem non ponit in libro Retractationũ sicut alios. Simul ergo cum terra metalla, & lapides Deus condidit, dum vna voluntate multiplicem omnium specierum varietatem fieri disposuit: in qua voluntate vna omnia simul sine tempore fecit, quæ ab ipso ortu suo per tempus dispensare non desinit. Nec obstat q̀ dicunt quidã cristallum ex aqua generari, & esse apud Aruernos prope ciuitatem Clarom̃etem aquam, ex q̃ua pons marmoreus lõgo temporis spatio factus est. Nam lapides isti, lapides dici vere non possunt, nisi forsitan similitudine quadam & analogia: quemadmodum smaragdus, iacintus, saphyrus, ab arte compositi dicuntur lapilli eiusdem speciei cum illis similitudine solum, non natura. Nec verum est q̀ Alchimistę dicunt ex argento viuo, & sulphure immediate metalla generari, & esse argentũ

Tertia opinio Cãpegiana & à cãpegio prio inuẽta ac probata.

Augustinus.

Frãciscus Maroneus frãciscanus.

Augustinus.

Oleũ petroleũ siue aspaltinũ apd aruernos

Alchimistarũ falsa opinio

viuum ex ſubſtātia aquea, mixtat erreo ſubtili, mixtione forti. Nam apud Lotharingos plęræq; ſunt argentifodinæ tanta argenti copia abundantes, vt incredibile ſit memoratu, quantum toti Lotharingiæ afferant emolumentum, & tamen nullibi in Lotharingia argentum viuum reperitur. Quapropter Galenus quem naturæ conſilium merito dicere poſſumus, cuius inuentis nec ipſa natura diſſentire exiſtimatur, qui polihyſtor, id eſt multiſciꝰ, qui polygraphotatos à copia ſcripturarum eſt nominandus lib. nono de ſimplici medicina cap. xxxi. dicit argentum viuum non eſſe ex per ſe naſcentibus medicinis, ſed ex confectis ceruſa virus ſordidum necnon litargirum, de quo nullam dicit habere experientiam, nec occidentis ſi bibatur, neq; deforis apponatur. Hæc ille. Si hic inquam Galenus affirmauerit de argento viuo nullam habuiſſe experientiam veram, quid dicēdum erit de Alchimiſtis, qui ex aere & fumo aurū cōficere volunt? qui per principia naturæ chimeram, aut hircorceruum efficere ſtudent, que ſine fumo fluat, ignem non fugiat, ſubſtantiæ metalli per minima mixta totum quod minus in minera decoctum eſt, celerrima actione compleat. Hoc iam cōpletum, elixir. Hoc ouum, & lapidem philoſophorum, imo vero inſanientium, & in ſuis principiis acetum acerrimum, lapidem non lapidem, mineralem, animalē, vegetalem, ſanguinem, terram oculoſam, vrinam, & oīm rerum nominibus nominant, vt ſub metaphoris, & figuris fatuos, & auaros ſimul cum ipſis (nam vt eſt in adagio, Sola ſpes miſeris ſocios habere pœnarum) à via veritatis ſecluderent. Huius authores (inquiunt) pręcipui fuere Hermes nō quidem trimegiſtus ille ter maximus, ſed Arabs quidam aſtrologus, à vera philoſophia alienꝰ, nō multum à noſtris temporibus diſtans. Aliquanto poſt barbarus quidam ineptiſſimus lurcho, putridiq; cerebri è luto effoſſus Geber quidā, nec minus captiūculis oblectatus, ſophiſticiſq; venatiunculis vnum Hermetem non Ægyptium, ſed potius Arabem à tenebris eduxit. Ex re-

Galeni opinio de argēto viuo.

Nullā de Aqla volante alchimistarū habuit Galenꝰ experientiā.

Chimera Alchimistarum lapis philosophorū.

Hermes Alchimista nō trimegistus.

centioribus autem hæc primum amplexatus Albertus, vtpote noua, natus enim per ea tẽpora, sed puto non tam senex probauit, q̃ iuuenis, sicut & magica adolescẽs cum vulgasset, matura ętate detestatus est, sanctissimam in cœnobio, & inculpatam vitam degens. Secutus est Albertũ Raymundus lulius, sed puto etiam vt de Alberto dictũ est, non tam senex probauit, q̃ iuuenis, sicut & mundana apud regem maioricarũ adolescens cum approbasset, matura ętate detestatus est, sanctissimã contra Turchas, & Mahumetẽses, & immaculatã vitã degẽs, apud Tuniceã ciuitatẽ ꝑ fide catholica (vt fertur) martyrio coronatus est. Quæ autẽ de Arnaldo, & Rupe scissa dicũtur, falsa & plena fabularũ sunt. Isti vero q alchimistæ dicuntur cũ principibus, & potentibus se iungunt, & magna promittunt. Sed si aurum vel argentũ multiplicare possent, sese vtiq; occultarẽt, & de thesauro tanto gratias Deo agerẽt, pauperibus benefacerent, nec aliorum opibus indigerẽt. Ab illis autem maxime cauendum, qui aut receptas probatas, nescio à quibus Magnatibus sese habere gloriant, Lunã figere, & ad gradus auri mediocris, aut optimi tingere, mercurium coagulare, partem cũ parte, & varia augmenta posse efficere, mentiri non verentur: à quibus nimirum tot hominum milia decepti, & alieni auri cupidi, ꝓprii vero qd' habuere in sumptuosis expẽsis largiores, omnino defecerunt, & cotidie deficiunt, nec alio periculo cautiores desistunt. Videtur enim esse & de numero illorum, de quibus Paulus apostolus scribit. 2. ad Thi. 3. Sẽper discentes, & nunq̃ ad sciẽtiam veritatis perueniẽtes. Bene valete humanissimi ac celeberrimi viri, & Symphorianum vestrum symphoniace amate.

Albertus ratisponẽsis episcopus prędicator maximus.

Raimundus luliꝰ vir bonꝰ ac sctũs.

Quæ de Arnaldo ac Raymũdo dicũtur plena sunt fabularum.

Gloriosa iactantia alchimistarum.

Paulꝰ apostolus.

¶ Philomusi sapphicum carmẽ in vaniloquos Calchimistas.

Fraus nimis nota est tua calchimista,
Nilq; sufflando poteris lucrari,
Calce corrumpas laticem ligi,
Et pice cæram.

DEFENSIO MEDICORVM principis Auicennæ, ad Germaniæ Medicos, Laurentio Frisio authore.

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

ADVERSVS recentiores quosdam Medicos, Auicennæ calumniatores, Laurentii Frisii defensio. M. D. XXX.

QVamuis humana ingenia, summam nostris temporibus doctrinarum conscenderint aciem, tantoq́ intellectus acumine sint prædita, vt in nouarum rerum inuentione, ac antiquarum interpretatione, prorsus consummata videantur, puerićq senes variis literarum disciplinis, linguarum peritia, eloquentia, tum dicendo, tum scribendo longe præcellant, tantaq́ prudentia sint prediti, vt quemadmodum olim Mercurius, ita & teneros, nostri seculi, iuuenes, à Nymphis nutritos, haud inepte prædicare quis posset. At quia sub lunari globo, nihil ab omni parte beatum, nihil tam candidum, quod rubiginis macula non sit conspersum, id vnicum iuuentuti incumbere conspicimus, maoirem videlicet curam vocum, ꝙ rerum per voces designatarum: cũ nimia linguarum dulcedine illecta, nil sanctum, nil virtuosum, nihilq́ doctum existimet, quod nõ à Græcis, latinisve fucato elogio proditum est. Nolumus linguarum, Hebraicæ, Græcæ, atq́ Latinæ nobilitatem floccipendere, imo cum potissima ad musarum thalamos sint via, commẽdare: neq́ ornatis sermonibus barbariem præferre intendimus. Bifarium autem elegantiæ genus magna cum laude enarrabimus. Primum atq́ potissimum, magisq́ necessarium, elegantia ingenii est. Id rerum caussas, rationes, atq́ pro-

prietates scrutatur, abditas quoque superioris, & inferioris naturæ vires circunquaque percurrit: quæ cum abstrusæ sint, atque inuentu difficiles, vix tantum otii consequi potest, vt alteram sibi possit coniungere elegantiam. Huic secũdum genus succedit, quod sola sermonis fruitur suauitate, certisque institutis voces ita connectit, vt dulcis ex eo verborum oriatur concentus, qui audientium animos non modo demulceat, verumetiam captet, atque quòcunque velit, dextram, sinistramve facile vertat. quemadmodum Thracius Orpheus feras cantu reflexit atque domauit. Primum genus, naturæ interpretibus, Medicisque necessariũ. Secundum vero Oratoribus, Poëtis, & causidicis. Quod autem magis expetendum, Cicero philosophus atque elegantiarum princeps, in primo libro veteris Rhetoricæ, docet, cum inquit. Si quis omissis rectissimis, atque honestissimis rationis, & officii studiis, consumit omnem operam in exercitatione dicendi, is inutilis sibi, & perniciosus patriæ ciuis colitur. At ne videamur arma aduersus oratores, atque humanitatis studii cultores accinxisse, vela ad destinatum portum vertamus, pugnaturi pro laude Medicorum principis Auicennæ, quem iuniores coëtanei nostri medicelli, ob stili humilitatem calumniari, atque ceu prophanum idolum, contumeliis affici non erubescant: ac si verborum ornatus, corpora male affectata, sanitati restitueret: quod tamen ornatissimus renuit Celsus, cum dicit. Morbi non eloquentia, sed remediis sanantur. Vidimus nuper Lugdunẽ. medici inuectionẽ in arabes medicos, Auicennam præsertim, quem libello, symphonia Galeni ad Hippo, inscripto, stolidis conuitiis dilaniauit: oblitus quanta laude ipsum extulerit, in libro quem antea de claris Medicinæ scriptoribus, edidit. Prosilierunt etiam medicinales epistolæ, Auicennam liuida manu cædentes: sed quantum nouæ eruditionis adportarint, facile ex consiliis earundem contuendum est: cum nihil præstent qđ Auicẽna nõ sublimius tradiderit: quas si Montagnanæ epistolis, siue cõsiliis (qui Auicennæ fuit imita-

tator) contulerimus,profecto ſimia cernitur in purpura:
verum quidem ſcrupos nobis obiiciunt,quorum tamen
paucos enodant. Cæterum iamdudum in lucem prodie-
runt duo libelli,doctiſſimum Auicennam mordicantes,
vnus de ſerpentibus,alter errores Medicorum,inſcripti:
quos fructus produxerint,pio lectori dijudicandum re-
linquimus:vtinã author ille græcę & latinę doctiſſimus,
omnes medicorum errores extirpaſſet. Felix illa mater
quæ talem nobis peperiſſet filium.Sed heus heus indies
atq; indies errores accreſcunt,& peſtilentior in re medi-
ca barbaries ſuboritur,ꝙ Auicenna,Auerrois, Hali,Ra
zes,Auenzoar, Alſaharauius, ac alii barbari nobis ge-
nuerint. Conſpicimus interire doctrinalem medicinam,
& ab orco reuocari nugamenta pernecantia. Auicenna
damnatur,& Apuleii mendacia adprobantur . Vtinam
milleſima pars vera eſſet,quæ per iuniores modo in lucẽ
exiit.Experimentum rationi præferunt,quod contra Ga
lenum eſt ſeptimo Terapeutices.Eſto tamen quędam ve-
ra ſint,ꝙ periculoſa tamen atque difficilia,Galenus Expe
rimentorum primo docet,cum inquit.Et nos non lauda-
mus hominem ignorantem artem,& habeat experimen-
ta,quoniam vellet prodeſſe,& fortaſſis noceret.nã opor-
tet hominem ſcire complexiones, cauſas & accidentia:
quæ ſi ignorat,non eſt ſecurus,quin plus obſit ꝙ proſit:
& ſi proderit,ex fortuna eueniet . De exitiali atq; trucu-
lento abuſu, qui iam fere omnibus Germaniæ Medicis
peculiaris exiſtit,ſileo:cum incognitis ægroto,cõplexio-
ne,cõpoſitione,ætate,regimine,atq; aliis id genus,ex ſo-
lius lotij inſpectione,omnem ægritudinem & iudicare &
curare contendunt, populumq; ſuis verſutis captiuncu-
lis(quas cautelas vocant)non ſolum quæſtus cauſſa deci-
piunt,verum quidem miſerrime interficiũt:vt clariſſime
Deo optimo annuente,ſingulari libello propalabimus.
Hanc nephandam atq; immaniſſimam barbariem Aui-
cenna non docuit,ſed deteſtatus eſt,primo canone,Fen ſe
cunda, Summa ſecunda,doct.tertia,cum ait, Viæ ſignifi-
cationis

cationis dispositionũ vrinæ non oportet credere, nisi con ditionibus obseruatis. Recordor quid mihi acciderit, mẽsibus paucis elapsis, cum de cuiusdam ægritudinis cura, differerem cum inflato quodam Auicennæ æmulo: qui cum ob nimiam arrogantiam, aut pertinacitatem nostris autenticis noluit assentiri persuasionibus, inquit. Nihil mihi cum tuo Auicenna, acsi Thessalum, aut parabolanum Medicum allegassem: at Auicennæ opera tandem patiens conualuit, qui antea multis diebus frustra absumptis, neq́ Plinianis, neq́ Cornelianis experimentis conualere potuit. Operam igitur impendisse non pœnitet Auiuicennæ: nam ex eo magnorum hominum gratiam con sequutus sum. Non possumus illorum hominum impor tunitatem satis admirari, qui non solum egregium illum authorem iurgiis afficiunt, imo etiam ipsius sequaces, viros & doctrina & fama celeberrimos, Gentilem, Iacobum de partibus, Nicolaum Florẽtinum, Hugonem Senensem, Iacobum de Forliuio, Sauanarolã, Guainerium, Gordonium, atq́ complures. Nouimus nostri etiam tem poris multos præclarissimos viros, colentes Auicennam tanquã pium medicinæ authorem, IOANNEM FVCHS seniorem ARGENTORATEN. virum doctrina & ætate probatum, Vuendalinum Coronobachium piẹ memoriæ defunctum, cui tum ingenio & doctrina, tum etiam moribus, pauci in Germania Medici æquipollent: Ioannem Vuidmann, Ioannem Vuonneck, Ioãnem Adelphum, Henricum Zittart Colonieñ. Ioannem Nidepontanum, & alios, quorum nomina bouina vix caperet mẽbrana. Sed de his sat est: nos ad Auicennæ zoylos redeamus, obtestantes illos, vt boni authoris inscitiam nobis insinuent. Qui si linguæ arabicæ vilitatem nobis obiicient, eo quod cum grẹcæ nitore disconueniat: facile respõdebimus, linguam, quantumcunq; rudem impedimento non esse, dummodo res ipsa syncẹre sit tradita. Testis est Galenus tertio paruæ artis, &. ij. part. apho. co. xxii. & prædictionum tertio, co. xv. cum ait. In

nominibus siue vocibus tempus conterere inutile est, neq; Medicorum, sed Sophistarum. Et rursus libro .i. de diebus criticis capite quarto. Asini ad lyram in re medica sunt Grammatici, Dialectici, & Rhetorici. Dicimus quoq; Græcos paucula tradidisse, quæ non ab Indis, Ægyptiis atq; Arabibus mendicarint: quod antiqui scriptores attestantur de Orpheo, Homero, Musęo, Melampode. Dedalo, Licurgo, Solone, Platone, Pythagora. Salmoxe, Eudoxo, Democrito, Empedocle, & Mose hebræo. Porphirius etiam longuam scripsit epistolam Aneboni sacerdoti ægyptio, plenã grauibus quæstionibus, ad omnes philosophię partes spectãtibus: cui Iamblicus respondit. Sed illa sufficiant: cum his qui pauca legerunt abunde constent. Sin vero Auicennam versum in latinum à Gerardo Cremonensi, refutare prætendunt: rursus facile respondebimus, hac videlicet barbara traductione, plures male habitos, sanitati restitutos, q̃ ornatissimis & Plinii & Apuleii experimentis: eo q̧ Auicenna, breui verborũ compendio, omnia quæ ad theoricam, & praxim spectãt copiose tradiderit. Per immortalem, ægrotantibus nulla iucundior est elegantia q̃ sanitas. Optimè igitur proposito nostro quadrat sententia Lactantii Firmiani libro tertio, capite primo, ita scribentis. Simplex & nuda veritas per se satis ornata est, ideoq; ornamentis extrinsecis fucata corrumpitur: mendaciũ vero specie placet aliena, quia per se corruptum defluit atq; vanescit, nisi aliunde ornatu quæsito circũlitum fuerit atq; politum. Sed quid opus est prolixa redargutione aduersus hos locutuleios & blatterones, quos Galenus prædictionum .iii. co. xv. locutionis medicos appellat? Nonne res ipsa palam est, q̧ à theologo animæ salus, à iuris perito iustitia, à Grammatico congruitas, ab Oratore elegantia, à Musico cantus, à Medico vero sanitas expetenda est? Et si quispiam etiam perperam, siue ineptè docuerit, nihilominus humani atq; prudentis viri est, reddere grates: vt Aristoteles Metaphysices .ij. capite pri. adhortatur, cum inquit. Nõ solum

autem hisce quorum opiniones quispiam acceptabit, atq; vtetur, sed etiam hisce qui veritatem non penitus attigerunt, gratias habere oportet, & ij namq; aliquid contulerunt: habitum enim nostrum excitarunt atq; acuerunt. Monstrent igitur quæso boni græculi, vbinam Auicenna, in quinq; suis canonibus canticisq; à vera ac doctrinali medicina deuiauerit, aut vbi in prolixis atq; intricatis Hippoc. & Galeni commentariis quicquam inuenerint, quod Auicenna non breuissima serie contulerit. Salua tamen pace medicinæ monarcharum Hippocra. & Galen. quos diuina tanquam numina omnibus medicinæ scriptoribus preferimus, veneramur, atq; extollimus. Sed cum nihil nobis obiicient boni illi Medicelli, suspicamur eos non modo Auicennæ, verum etiam Galeni libros, eo quo ipse instituit ordine, nunquam perlegisse, sine quo author opulentissimus intelligi non vult, vt in plerisq; locis attestatur, præsertim in fine Artis paruæ, vbi modum legendi libros suos describit. Esto, quod nouas quasdam gustauerint traductiones, tersiori quàm antea latinitati donatas, Gazæ, Leoniceni, Laurentiani, Linacri, Copi, Calui, Brentii, & aliorum, vtpote Aphorismos, Prædictiones, Artem paruam, De curãdis morbis, De febriũ differentiis, De affectis locis, De sanitate tuenda, Commẽtarios in Apho. faxint tamen quæso, vt lectionis vtilitatem præcipiant, si non alios etiam Galeni libros prælegerint. Dicant boni viri, quomodo librum de curandis morbis intelligant, si librum de simplici medicina non legerunt? impossibilitatẽ narrat Galenus Terapeutices quarto, capite tertio. Qua lege etiam intelligent librum de simplici medicina, si tertium de complexionibus non antea obseruarunt? Sed hos omnes non tenent libros, ea qua ipsi gaudent latinitati donatos, antiquas quoq; versiones Constantini, Affricani, Nicolai de Calabria, Humaijn filii Isaac legendas non existimant, sed tanquam obscœnas reiiciunt fabulas. At ipsi respondebunt, in Græco hos legimus libros. Ha ha, facile credimus, in lacera-

to pariete. Nam pauci ſunt qui græcę linguæ vires intel⸗
ligant: multi vero, qui poſtꝙ ιῶταμ depingere norunt,
eſurientes græculos ſeſe iactare non verentur. Profecto,
vt Galenus de commoditatibus Teriacæ ait capite. iiii.
pauper eſt, qui manus illorum medicorum incurrit. Quo
fit, vt quotidie in morborum curis, nõ ſine ægrotantium
periculo, cæcutientibus oculis aberrent: cum aqua inter
cutem laborantes, tabidos etiam atꝙ ptiſicos, Guaiacani
potione curare præſumunt, & quod longe abſurdius, hy
dropicos vnguento quo empirici gallicam ſcabiem abſ⸗
tergere ſolent, linire atꝙ interficere non erubeſcunt. Fe⸗
brientes item lauacro abſꝙ rationis iudicio ſanitati reſti
tuere conantur, quorum multi hiſce annis vitam finiere.
Quam clare igitur intelligitis græcum veſtrum Galenũ,
vos pulcherrimi iuuenes, in libro de curandis morbis, ꝙ
magna veſtra elegantia: cum ignoratis, ꝙ in febribus bal
neum non conferat, niſi tres obſeruentur conditiones.
Prima, vt ſine horrore ſit febris. Secunda, vt nulla pars
principalis ſit imbecillis. Tertia, quod multitudo crudo⸗
rum humorum non ſit ſecũdum primas venas. Ecce vos
candidiſſimi domini, qui de claris fontibus bibitis, quo⸗
modo intellexiſtis veſtrum Galenum græcum? Noſter
Barbarus Galenus docuit nos, has febrium differentias
animaduertere, antequam febrientes balnearemus, facile
eſſet, vobis loca oſtendere. Vnicam adhuc oportet recen⸗
ſere hiſtoriam. Cũ olim in ciuitate A R G E N T O⸗
R A T E N. habitabam, ex Italia illuc diuertebat me⸗
dicinæ Doctor, magni inter recentes græculos nominis,
Hippocratem atꝙ Galenum græce multis prælegerat:
oculorum autem conſtitutionem eouſꝙ ignorabat, ita
quod collirio condenſatam oculi cataractam, ſe curatu⸗
rum polliceretur: at tandem viſa à nobis manuali opera⸗
tione, impoſſibilitatem confeſſus eſt, nam intęr Corneam,
& Vueam in profundo oculi videbat latere pelliculam,
quæ nullo potuit appræhendi collirio. Nolumus autem
diutius aculeatos obturbare crabrones, ſed Auicẽnæ ſcri⸗

pta breui Catalogo, Galeni doctrina approbare. Exordiamur igitur à medicinæ diffinitione, quæ secundum Hippocratē in libro de Ventis, est adiectio vel ablatio, scd'm Galenū in parua arte, sciētia sanorū, ægrorū, & neutrorū Auicēna autē taliter diffinit. Medicina est sciētia qua humani corporis noscunt̃ dispositiones, ex parte qua sanat̃, & ab eo remouetur, vt habita sanitas cōseruetur, amissa quoq; recuperet̃. En igit̃ bone græcule, quis elegāti⁹ Medicinā describat. Cōfer hanc medicinæ diffinitionē ad librū Galeni de partibus artis medicatiuæ, & ad illū, q de cōstitutione artis inscribitur, in quibus Galenus oēs differentias essentiales veræ diffinitionis Medicinæ, secundum antiquorum propriamq; opinionem exponit, & videbis (ni caliginosos habeas oculos) hac succincta verborum compage, omnia adamussim interpretata. Hinc animaduertēs Auicēna, oībus ordinē deberi, & quæ scd'm ordinem fiunt (vt Aristo. de memoria) facilius recordanda, Medicinam diuidit in theoricam, & practicam. Per theoricam intimās principiorum doctrinam, per practicam vero operandi qualitatem. Cui etiam consonat Galenus in libro de partibus artis medicatiuæ, doct. secun. capit. secundo, cum ait. Partis artis sunt notitiæ quæ in anima nostra sunt, quas theoremata vocamus. Dehinc vero, Summa. ii. doctrinæ. ii. capit. iii. subdit. Oportet autem illa pręcedere praxim. Scrutentur quæso pii medici Galenum libro allegato, & Auicennæ exordium, & abiecto rancore, syncera mente iudicent, quis compendiosius medicinam diuiserit. Quid prodest verbosa dicacitate, artem longam, longiorem reddere? Certe Hippocrates nō ob aliam caussam aphoristice scripsit, q̄ vt prolixitatē in lōga atq; immēsa arte euitaret. Qua aūt serie hāc diuisionē exequat̃ Auicēna, perpaucis ostēdemus.

Res naturales primum aggreditur, elementa, complexiones humores, membra, operationes, virtutes & spiritus. Quam docte autem de elementis scripserit, facile contuendum, cum nucleuum apud Hippocratem & GALENVM durissimo cortice occlusum, adaperuit. De cõplexionibus nihil est apud prolixum Galenum, quod Auicenna paucis non comprehẽdat: Diffinit complexionẽ, diuidit, subdiuidit, quid æquale, & quid inæquale, ad pondus, & ad iustitiam dinumerat: complexionis ad complexionẽ, comparationem declarat erga membra, regiones, climata, alia animantia: in numero quoq; cum Galeno sentit, quot complexiones sint nomine: tandem vero singillatim omnium membrorum humani corporis cõplexiones exponit, & quicquid huic adhæret negotio, vtpote, ætates & reliqua, splendido ordine absoluit. Hinc humores, eorũ ortum, modos, qualitates & vtilitates explicat. Dehinc membrorum omnium differentias, naturas & operationes, vnà cum totius anatomiæ, siue sectionis doctrina, copiose atq; veraciter præstat. Virtutes & operationes, ac reliqua illis annexa, primi canonis prima Fen, breui, tamen consummatissimo sermone concludit. Succedit Fen secunda, quæ res contra naturã, morbum, caussam & accidẽs interpretatur, genera ægritudinum humani corporis diuidit, diffinit, atq; enumerat. Subinde etiam res medias, quas vsitato nomine non naturales medici vocant, accedit, aeris, temporum anni qualitates, naturas, mutationes, impressiones, nocumenta & vtilitates inquirit. Locorum habitabilium conditiones scrutatur. Motus & quietis, somni & vigiliæ actiones contemplatur. Sequitur deinde eorum quæ comeduntur & bibuntur ratio. Aquæ virtus, quid retentio, quid euacuatio, balneũ, fricatio. Solis vsus. Caussæ item calefacientium, infrigidantatium, humectantium atq; siccantium, cum reliquis adiunctis edocentur. Vnionis quoq; solutionem declarat. Postea vero doloris caussæ & genera, accidentium significationes, complexionum

ſigna,tam in ſanis ꝙ in ęgris,pulſuum genera,vrinarum colores & contenta F E N ſecundam concludunt. Tertia cauſſas ſanitatis,ægritudinis,& neceſſitatis mortis declarat. Artem præbet tuendæ ſanitatis. Infantes docet lacte nutrire,& eorundem ægritudines curare. Hinc adoleſcentes inſtruit exercitii fructum,ac reliqua quæ ſanitatis concernit conſeruatio. Neq; ſenum obliuiſcitur,& qua lege corpora parum lapſa,ne in morbos prolabantur, præſeruanda,vberiori ꝙ hic locus comprehendere poſſit,doctrina,enarrat. Quarta Fen generaliter omnes abſoluit medicatiōis modos. Venas incidere docet,alui excrementa pharmacis expellere,& alia id genus,quæ vix appręhendet medicus etiam ſi maxima M E D I C O R V M euoluet volumina.

SEcundus canon docet experimento atq; ratione ſimplicium M E D I C I N A R V M naturas & qualitates(breuiori,nō tamen modo minori ꝙ G A L E N V S)indagare:ordine dehinc alphabetico ſingularium M E D I C I N A R V M qualitates,gradus,operationes atq; proprietates commonſtrans.

TErtius canon omnes ægritudines deſcribit, quæ in humano corpore contingere poſſunt: earum cauſſas docet per ſigna, quid præſens, & futurum indicat, & tandem artificioſas curandi methodos adiungit.

QVartus canon ſeptem ſibi vendicat Fen ſiue diſtinctiones. Prima Febrium differentias,cauſſas, & curas tam generales quàm particulares elargitur. Secunda de criticis diebus, deque prædictionibus tractat. Tertia de apoſtematibus, ſiue tumoribus præter naturam. Quarta manuales docet operationes circa vulnera, vlcera, & fracturas oſſium. Quinta reſtaurat iūcturas diſlocatas. Sexta venena pellit. Septima corpus decorat.

QVintus canon compositiones docet MEDICINARVM, & assueto nomine Antidotarium appellatur. Demum Cantica nihil aliud sunt quam aphorismi, epilogusque eorum quae de praedictis canonibus, tam in theorica, quam practica, recensuimus.

HAec est AVICENNAE barbaries. Perlegimus non semel HIPPOCRATIS libros, Aphorismos, Praedictionum, Regiminis acutorum, De lege, De elementis, De natura foetus, De aere & aqua: GALENI item commentarios in Hippocratem, eiusdem Microtegni, De accidenti & morbo, De complexionibus, De interioribus, De vtilitate particularum. De malicia complexionis diuersae, De sectis, De optima doctrinatione, De partibus artis medicatiuae, De spermate, de virtutibus naturalibus, De ingenio sanitatis, De simplici medicina, De alimentis, De tuenda sanitate, De febrium differentiis. De anatomiis diuersis, De venae incisione, & plures alios, quos breuitatis caussa nolumus recensere, elegantiorem tamen non apprahendimus medicinam, verum quidem ingeniosas, atque acutissimas disputationes aduersus antiquorum erroneas opiniones apud Galenum comperimus, Quas Auicenna, caeterique Arabes fideli consilio persuasi, omiserunt. Cunctos igitur artis medicę studiosos adhortamur, ne sermonum fucis excaecati, bonos authores contumeliis afficiant: sin autem simplices eorum stylos legere fastidiant, linguas tamen à vituperatione coherceant. Audiant Senecam dicentem, Aurea fraena meliores equos non faciunt. Iniuste patitur Auicenna, non ob aliam etiam caussam, quam Galenus prognosticationum. ii, capite, infert, cum inquit. Medicus probus qui rem suam philosophice tractat, ab aemulis patitur. Sed de his sat est. Nos Auicennam vnà cum multis, tum vita, tum etiam doctrina clarissimis viris, tanquam medicinae fulgidum sydus veneramur, ad eiusque frequentem lectionem, cunctos Paeoniae artis amatores, inuitamus: Zoylorum ictus, minus mollissima purpura formidan-

tes, cum authore Galeno de crisi. 2. cap. octauo. liber nullus, quantumcunque etiam doctus vituperationem euadere possit. Viuat Auicenna, viuantque eius imitatores, in eo qui cunctos sanat languores.

EPISTOLA RESPONSIVA SYMphoriani Campegii in defensionem Auicennæ Leonardi Frisii.

¶ Symphorianus Campegius eques auratus optimis medicis Regiis, ac maximis, Ludouico Burgēsi, Ioāni Capellano, atque N. Mileto, S. D.

VEterem legimus professorum morē fuisse, quem posteriores crescentibus subinde disciplinis seruauerunt: veri habendi gratia, si quid à scriptoribus perperam dictum fuisset, id corrigere & emendare vellent, nec amicis, vel præceptoribus parcerēt, modo veritati consulerent. Sic Plato Timæum Locrum, Aristoteles Platonem, Casselium Sulpitius, Varro Lælium, Hilarium Hieronymus, Rursum Hieronymum Augustinus repræhendit. Alii quoque permulti legūtur, quorum concertatione bonæ artes & illustratæ sunt, & creuerunt maximè. Hos ego imitari cupiens, cum opus Laurentii Frisii, quod defensio medicorum principis Auicennæ ad Germaniæ medicos inscribitur, legissem, plurimaque non dico minus eleganter dicta, vel parum doctè tractata, sed planè falsa offendissem: veritus ne lectio noui operis auido lectori imponeret, & eò magis cum non deessent, qui mendose, & vitiose præcepta defenderent, quod Arabum & pœnorum authoritate Frisius niti videretur: non potui sanè pati bona ingenia sic decipi, & turpiter errare. Opē itaque cum veritati, tū amicis ferre volui, atque ea refellere, quæ plurima temere, & sine iudicio dicta cōtra Leonicenū, Manardū, ac Leonardū Fuchsiū ī ea apologia, ac Arabū defensione legūtur. Tum in epistolā ac amicorum defensionem coacta Ludouico Burgēsi, Ioāni Capellano, & N.

Plato. Timeus. Casselius. Varro. Lelius. Hilarius. Hieronymus. Augustinus.

Mileto regiis medicis priuatim dedicare statui, in quo rum sinu nostra ætate maxima spes, & studiorum ratio fouetur. Explodendus ergo est perniciosissimus Laurentii Frisii error, qui Auicennam per omnia probat, cum & rationi, & experientiæ id decretum planè pugnet. Dignus profecto ob multa errata Auicenna est, quem docti omnes certatim lacerent. Sed vt doctè scribit Fuchsius, audiendus est Laurentius Frisius, qui nuper ędito libello Auicennæ vtcunq; patrocinari voluit, idq; puerilibus, ac planè nullius momenti argumentis. Ad que nimirum, ne his ipsis rudes ac simplices seducātur, obiter sic respōdit Leonardus Fuchsius. Primum (inquit) omnium bifariam elegantiæ genus facit, vnum ingenii, alterum sermonis. In horum primo Auicennam excelluisse, in secundo autem minus potuisse scribit. Hinc in Leonicenum, Manardum, Fuchsium, atq; in me, & alios medicinæ solidioris amatores debacchatur, medicellos nos appellans, eò quod Auicēnam ob barbariem nonnihil calumniati simus: sed quàm ridicula sunt hæc ab initio producta, nemo est qui non videat. Fuchsius tamen ita scitè & doctè diluit. Duplex (inquit) barbariei genus est, vnum sermonis, alterum ingenii. In primo quid potuerit Auicenna non satis constat, sua enim lingua loquens nunq; à nobis visus est, adeoq; in hoc genere nec laudari, nec vituperari potest. In altero certè quid potuerit, manifestū est: in hoc enim genere excelluisse Auicennam rerum multarum ignorantia prodit: id quod ex libro nostrarum Castigationum de huius, atq; aliorum erroribus conscripto satis sciri potest. Proinde (inquit Fuchsius) errat Frisius, cum Auicennam à nostri sęculi viris eruditis ob barbariem sermonis proscindi putat, cum potius ob barbariem ingenii ab his ipsis incessatur: nec tantum incessitur, sed & de errore conuincitur, Pręterea (inquit) Manardi epistolas medicinales notat, quasi parum eruditionis habeant, nihilq; commodi attulerint: sed sciat Frisius his epistolis plus solidioris doctrinæ contineri, quam in vniuersum

Fuchsi⁹ in Frisium.

Leonicenus, Manardus & Fuchsius.

Liber Castigationu pharmacopolarum.

Epistolas Manardi notat falsò Frisi⁹.

Montagnana habeat. Et scio, si hodie Frisio cum Manardo aut Fuchsio congrediendum foret, quod vix mutire auderet. Cęterum (vt scribit Fuchsius) insigniter nugatur Frisius, quod doctrinalem medicinam, vt vocat, hodie penitus ferme interiisse scribit, cum hæc ipsa iam primum ex densissimis tenebris in apertum prodire cœperit, id quod testantur tot Hippocratis & Galeni, qui hanc præ cæteris excoluerunt, commentarii, antea nunquam recte latinitate donati, nunc autem omniū per manus volitantes: hinc perperam solidioris medicinæ amatores accusat, quasi experientiam rationi præferre conentur, cum id potius indoctis Auicennistis obtrudendum erat, qui pro vno experimento nescio quos angulos non perreptent: adde quod ab insanis etiam vetulis hæc ipsa mendicare nō erubescant. Nos contra, rationem præferimus experimento, quando id ipsum Hippocrate authore sciamus esse periculosum. Porro (inquit Fuchsius) quod optat Frisius millesimam partem in nostris libris esse verā, id sibi potius de suo libro, quem de Morbo Gallico, imo potius Hispanico ędidit, optandum erat, in quo vix pagina vna vera existit: at verba eius hęrent sic, vt arena sine calce in pariete, certatque cum luscinia pica. Denique Plinium & Celsum, si Diis placet, in experimētatorum albo esse putat. Insuper quod ait linguā quantuncunque rudē non esse impedimēto, dum modo res ipsa syncerè sit tradita, nobiscum certe sentit: nemo enim vnquam Auicennam, aut Arabes alios ob linguæ barbariem, sed ob rerum tantum imperitiam damnauit. Post hæc volens demonstrare medico nec grāmatices, nec dialectices scientia opus esse, Galenum in testem citat, qui in libro primo dierum decretoriorum cap. iiii. Asinos ad lyrā in re medica esse Grammaticos, Dialecticos, & Rhetoricos scribit. Sed quantum abusus sit hoc loco doctissimi Galeni authoritate, satis ex iisdē verbis constat, & si nec antiqua translatio cōsonet Frisio: verba Galeni hæc sunt. Hæc quidem faciunt quidam medicorum, in tantum ea quæ sunt Dialectices, aut Gramma-

Auicennistæ.

Librū de morbo hispanico scripsit Frisius.

Frisius falsò citat Galenū.

tices, aut Rhetorices intelligentes, quantum Asinus ad lyram. Ex quibus sanè verbis cōtrarium magis velle Galenum videmus, qui inscitiam hoc loco medicorum quorundam damnat, qui neq; Grammatices, neq; Dialectices, aut Rhetorices satis periti se pro Medicis vulgo venditant: atq; impudentissime dementitur Frisius, q Græcos sua ab Arabibus emendicasse scribit, cū constet Arabes potius à Græcis sua furtim abstulisse. Mirum est certè (inquit Fuchsius) tanti nominis medicum tam infantiliter hallucinari. Certior quoq; fieri cupit Frisius, vbi locorum Auicenna in quinq; suis Canonibus à vera medicina deuiauerit. Ipse enim in Citri semine secum pugnare videtur, quod lib. ii. suæ medicinę calidum ponit, & in cōmentario de viribus cordis frigidum, & in tertio quidē ordine facit. Quod quidem onus his libenter dimitterem qui illum sibi in idolum erexere. Apud enim me non tanti est, vt in eo multas, hac etiā apertiores, non cognoscam repugnātias, & in vno eodemq; libro, eademq; libri parte, vt in populo arbore olim demonstrauimus, de qua quater eodem libro, hoc est lib. suæ medicinæ. ij. scripsit, & semper diuersa. Certe Laurenti si errata plura Auicēnæ scire desyderas, accede Leonicenum, Manardum in epistolis, Fuchsium in libro de medicorum erratis: accede & nostrum de pharmacopolarum castigationibus libellum, & optatum habebis. Quod si verò errata esse negas: fac id argumentis euidentibus declares, & tibi ego, Manardus, & Fuchsius herbam porrigemus. Postremū quid stolidius, q̄ dicere, fieri nō posse, vt Gręcus ab aliquo possit intelligi Galenus. Forte alienum ingenium ex suo ęstimat Frisius: posset quis eadē ratione in ipsum retorquere, fieri non posse, vt Auicenna à Frisio intelligatur, cum peręgrina & Frisio penit⁹ incognita scripsit lingua. Quid multis? talia sunt Frisii, ad quę nemo non, nisi lapide stupidior sit, respondere possit. Quare cum prudens lector sua sponte hominis insaniam retundere queat, his respōdendi finem facit Fuchsius. Cęterum non erubescit Frisius

ille quadam insania ductus famam Leoniceni,Manardi, Fuchsii,ac Campegii non solum naribus(vt dicitur) affla re,verum ipsis morsibus lacerare. Attendite igitur scelus id iudices,facinus atrox,nepharium,superbum,ab omni penitus humanitate remotum.Comprimẽdum existimate hominem effręna temeritate gestientem,furẽtem incredibili superbia spe famæ Leonicenæ,Manardinæ,ac Fuchsianæ obscurãdæ,funditusq; delendæ. Sed tota errat via,totoq;(vt aiunt)cœlo. Nam dum hac insana cupiditate flagrantissimè ardet,Manardi, Leoniceni,ac Fuchsii virtutes non deprimuntur,verum magis atq; magis extolluntur. O facinus animaduertẽdum,O summam audaciam,O frontẽ perfrictam,O inanem confidentiam. An putas Leoniceni,Manardi,ac Fuchsii laudes per vniuersum orbem ob pręclara illorum monumenta celebratas vnius libelli iactura perditas iri?minime. Nam vbiq; vulgatum est. Summa petit liuor,perflant altissima venti. Consydera igitur Leonarde Frisi quid sis,fatere te aliquando esse quod es,redi ad priscos mores,priorem vitam assume,suscipe boni hominis officium, amplectere Manardum & Fuchsium,si potes,in amore,& beniuolentia:si secus,senties q̃ stultum sit Crabronem irritare,non vereor quin ad insaniam,illorum dicendi acerbitate,si cęperint,facile te compellant.Incipe igitur sæuos refręnare furores,& morsus compescere.Desine D.Manardũ,Leonicenum,ac Fuchsium petulantissima consectari lingua: desine maledicere,malefacta ne noscas tua:nam pro gloria,& laude infamiam,ac vituperium inuenies:q cum literati omnes Leonicenum,Manardum,ac Fuchsium à te tali ignominia affectos resciuerint,in te q̃primum virus atrum,& vnumquodq; maledictorum genus effundent. Sed mirandum non est si à Frisio Manardus & Leonicenus lacerentur,cum prædictũ sit ab insolẽti Pœnorũ barbarie omne malũ emanare. Si Frisii maledicentia me tantum lęderet priuatim,ferrem ęquanimiter flagellum domini,q vt variis modis suos castigare solet, mihi quoq;

Inuehit i Frigiũ & meritò.

Frisium istum addidisset colaphitē: diceremq; cum Dauid, dimitte eum vt maledicat iuxta præceptum domini, si forte respiciat dominus afflictionem meam, & reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac. Nūc quoniā falsò impinguntur Leoniceno, Manardo, ac Fuchsio dānata dogmata, meum silentium multorum medicorum esset periculum, qui vel confirmarentur in errore Arabum, vel in errorem prolaberentur pœnorum, si persuasum haberent Frisium vera scribere. Nondum tam male sentio de Frisio, vt existimem illum studio iacere blasphemias in Manardum, Leonicenum, Fuchsium, ac Campegium: sed huc eum rapuit calumniandi febris, vt voces effutiuerit, quas si deprehēdisset in scripturis meis, ac Manardi nostri, magnis clamoribus asseueraret esse blasphemias. Hæc scio videbuntur incredibilia lectori, qui non attentè legerit vtriusq; scripta. Quare cum prudens lector sua sponte hominis insaniam retundere queat, hic respondendi finem faciemus, monentes iterum atq; iterum quòd medicæ rei studiosi primum omnium Hippocratem, Galenum, Paulum, Oribasium, & ex latinis Celsum, Antonium Musam, Leonicenum, Manardum, atq; reliquos solidioris medicinæ scriptores perdiscant: dein vero & Auicennā, Razem, Mesuen, Abymeron Auenzoar, Serapionem, Auerrhoem, aliosq; pœnos & Arabes, si voluerint, perlustrent. Nam ita eosdem cum iudicio legētes, facile eorundem errata, & benedicta deprehendent. Interea feliciter viuite, beneq; agite, & quicquid est huius ausi, boni cōsulite. Valete literarum tria lumina. Lugduni ex bibliotheca nostra Calendis Septembris. M.D.XXXIII.

¶ Sequitur Cathalogus illustriū medicorū, qui Symphoriani Campegii temporibus scripserunt.

CATHALOGVS ILLVSTRIVM medicorũ ac nouitiorũ, qui tẽporibus nostris scripserũt, quorũ scripta ad manus nostras peruenerũt Symphoriano Campegio authore.

CVm absq; amicorum meorũ præsentia esse nusq̃ aut debeam, aut velim, ipseq; sim non in Gallia, aut Lotharingia solum in meipso, sed in amicis meis etiam in Italia, Germania, Britannia, Hispania, atq; Scotia, merito amicos hic meos, istic etiam mihi adesse desidero. Plato enim in epistolis ait philosophicam communionem omni alia non solum beneuolentia, sed etiam necessitudine prestantiorem stabilioremq; existere: facit ea naturæ vis, quod sapienter scribit Cicero in Lælio, vt quos nunq̃ vidimus quodãmodo diligamus. Sed vt mox veniam ad Cathalogum, cunctos nostri temporis medicos, quorũ scripta ad nos venerũt, p ordinẽ numeremus.

¶ Primum inter scriptores medicos locũ amici iure optimo sibi vendicant qui consuetudine, & epistolis familiares (vt ita loquar) confabulatores, atq; vltro citroq; literarum, disciplinarumq; liberalium communicatores, in hoc primo ordine.

¶ Alexander Benedictus Veronensis.
¶ Aloysius Marlianus Cesaree maiestatis archiatros.
¶ Ioannes Manardus Ferrariensis.
¶ Symphonianus Grignanus Mantuanus,
¶ Petrus Antonius Rusticus.
¶ Copus Basiliensis.
¶ Hieronymus Montuus Allobrox.
¶ Iacobus Syluius Ambianas.
¶ Ioannes Capellanus regius medicus.

¶ In Alexandro Benedicto linguarum varietatem, ingenii facilitatem, eruditionem, naturæ bonitatem, studii grauitatem, eloquentiam demiraberis.

¶ In Manardo eloquentiam, facultatem, lectionis varie-

tatem, affabilitatem.

¶ In Aloysio Marliano elegantiam, generositatem, eruditionem, literarum græcarum cognitionem: hic recondita naturę arcana in lucem protulit, ambigua soluit, obscura patefecit.

¶ In Symphoniano Grignano eruditionem, generositatem, vrbanitatem, scientiam, disciplinarũ varietatem, philosophiæ, ac medicinæ profunditatem.

¶ In Petro Antonio Rustico, affabilitatẽ, vrbanitatem, generositatem, mansuetudinem, liberalitatem.

¶ In Guilielmo Copo cum eloquentia facilitatem, affabilitatem, mansuetudinem, qui recondita medicinæ arcana medicis protulit.

¶ In Hieronymo Montuo exquisitarum rerum scientiã, ingenii fertilitatem, difficilium & altissimarum quęstionum perspicuam illustrationem.

¶ In Iacobo Syluio cum eloquentia eruditionem, huius doctrinam, an græcarum literarum, an vero latinarum magis commendem, nescio.

¶ In Ioanne Capellano simplicitatem, diuersarum lectionum varietatẽ, & literarũ græcarum cognitionem.

¶ Dicet Manardus diligẽter, splendidè, luculenter, apertè, copiose, acutè, nitidè, ingenuè.

¶ Hieronymus Montuus philosophicè, scitè, luculẽter: cuius incude expolita iam purè loqui didicit medicina.

¶ Iacobus Syluius appositè, splẽdidè, ac Syluio duce medici & cum eloquentia morbos curant.

¶ Dicet Capellanus splendidè, faciliter, appositè.

¶ Hos oẽs quos in primo ordine enumerauimus, quandoq; diuino quodam amore amauimus. Amor enim in omnibus ad omnia creator omnium, magister omnium. Quare Dionysius Areopagita in libro de diuinis nominibus ex Hierothei mente iis verbis significauit amorẽ, siue diuinum, siue angelicum, siue spiritalem, siue animalem, siue naturalem dixerimus, insitiuam quandam intelligamus, commiscentemq; virtutem, quę superiora quidẽ

ad inferna

ad inferna prouidentia mouet. Cælum etiam, vt Plato in libro de regno scribit, ĩnato mouetur amore. Quare Orpheus de amore dicit. Solus horum omnium tu regis habenas. Meritò dici potest amor nodus perpetuus, & copula mundi, partiũq; eius immobile substentaculum, ac firmum totius machinæ fundamentum: hunc meritò Orpheus appellauit solertẽ, bigeniũ, oĩm claues habentem. Orphe⁹.

¶ Præter amicos ac familiares, duo sunt nobis medicorum recentium genera: alii enim sunt literarũ græcarũ, & latinarum cognitionem habentes, qui in medica arte vera demonstrant, & falsa improbant, ac soluunt ambigua, & obscura patefaciunt. Alii vero & si scitè, ac doctè nonnulla scripserunt, Græca tamẽ ac vere latina ignorarunt, ac communi sermone scripsere.

¶ In primo genere Thomas Linacrus Britannorum regis Archiatros.

¶ Nicolaus Leonicenus vir nunquàm sine honoris titulo nominandus.

¶ Ruellius Gallus Dioscoridis doctrinæ indagator præcipuus: huius doctrinam, an græcarum literarum peritiam magis commendem, nescio.

¶ Martinus achaquia, qui cũ eloquentia singulari summam eruditionem coniunctam habet.

¶ Guarinus vir est variæ lectionis medicus.

¶ Petr⁹ Areodus elegãtissim⁹, obsequosus, ac ingeniosus.

¶ Leonardus Fuchsius Galenicæ doctrinę interpres Gręca lingua instructissimus.

¶ Ioannes Guinterius qui indies aliquid emittit in lucem humanæ fragilitatis iuuandæ gratia.

¶ Ioannes vacceus vir singulari ingenio, ac iudicio, græca lingua doctissimus.

¶ Petrus Brissotus medicus, ac philosophus doctissimus quem virum vtinã Deus vita logiori perfrui dedisset.

¶ Otho Brũnelsius Germanus rei herbarię indagator.

¶ Hermanus Cruserius Campensis græca lingua instructissimus, qui indies aliquid mittit in lucem.

¶ Theodoricus Gerardus Gandauus greca etiam lingua doctissimus, qui indies aliquid in lucem mittit.
¶ Ianus Coruanus Germanus.

¶ In alio genere, hoc est qui communi sermone scripserunt.

¶ Ioannes Falconius olim collega meus Hispanus Quæstionariæ medicinæ egregius sophista, ac insignis Quodlibetarius.
¶ Sebastianus Montuus Hieronymi pater obsequiosus, benignus, ac probatissimus medicus, octogenarius.
¶ Laurẽtius Frisius Auicẽnista insignis ac vigilãtissim⁹.
¶ Petrus de Bayro ducis Allobrogum Archiatros, vrbanus, mansuetus, illustris, ac medicinæ subtilis defensor.
¶ Hos ex q̃pplurimis scriptoribus collegimus, reliquos autem omnium nationum adipisci fragilitati nostræ impossibile fuit; nam ingenue fatemur complures alios viuentes medicos de bonis literis bene meritos multa scripsisse, & impræsentiarum scribere, quæ in publicum nondum prodierunt, prout sunt.
¶ Brailon Parisiensis medicus.
¶ Ioannes Guilelmus Auenionensis.
¶ Gilbertus Griffius Montispesulani decanus.
¶ Dionysius Coronæus Carnutensis.
¶ Andreas Turinus Florentinus Clementis Pontificis medicus.
¶ Ludouicus Burgensis Gallorum regis Archiatros.
¶ Miletus regiæ maiestatis medicus.
¶ Matthæus de Curte collega meus.
¶ Paulus Iouius Clemẽtis Pontificis maximi perelegans medicus.
¶ Ioannes Galfredus Ducis Lotharingiæ medicus.
¶ Petrus Peroneus Viennensis.
¶ Nicolaus de landa Lugdunẽsis medicus, & alii plures qui ad notitiam meam non peruenerunt.

INDEX OMNIVM SYMphoriani Campegii lucubrationum à Hienymo Mõtuo doctore collectarũ.

¶ Ordo librorum qui spectant ad institutionem artium liberalium.

¶ Ordo secundus historias continens.

¶ Ordo tertius continet epistolas.

Epiſtolæ fratris Hierony-mi Papienſis ad Cãpegiũ, & Campegii ad Hieronymum de Galliæ & Italiæ laudibus.

Epiſtolæ Dionyſii Coronęi ad Campegiũ, & Campegii ad Coronæum.

Epiſtolæ Bernardi Vnger Germani, ac Campegii ad Bernardum.

Epiſtolę Eraſmi ad Campegium cũ reſponſionibus.

Epiſtolæ Manardi ad Campegium, & Campegii ad Manardum.

Epiſtolę diui ac magni Antonii abbatis cum cõmentariis Campegianis.

Epiſtolæ diui Ignatii cum argumẽtis Campegianis.

¶ Ordo quartus continens Apologias.

Ad quendam theologũ de ſtudio humanæ philoſophiæ, & diuinæ.

Ad fratrẽ Hieronymum Papienſem pro defenſione Galliæ.

Ad Bernardũ Vnger Tubingẽſem medicum.

Ad Laurẽtium Friſiũ pro defenſione Leoniceni, Manardi, & Fuchſii contra Arabes, & Pœnos.

¶ Ordo quintus pertinens ad Aſtronomiam.

De vita cælitus cõparãda.

De ciuitatibus toti⁹ mundi.

Commentariũ in Timęum Platonis de vniuerſo.

De ſitu orbis ſecundum tabulas Ptolemęi.

Cõmentariũ in Timęũ Locrũ de vniuerſitate mũdi.

De mirabilibus mundi.

Pronoſticum perpetuũ de prænotionibus Aſtrologorũ, ac medicorũ, & prophetarum.

Ordo ſextus medicinalia continens.

Medicinale bellũ inter Ariſtotelem & Galenum.

Centiloquium Iſagogicum in libros Hippocratis.

Practica aggregatoris Lugdunẽ. a capite ad pedes vſq;.

Annotationes in Galenũ.

Annotationes in Auicẽnã

Epitome cõmẽtarioꝝ Galeni ĩ libros Hippocratis.

Cathegoriæ medicinales.

Paradoxa in artem paruã Galeni.

Pilulariũ virorũ illuſtriũ.

Vocabularius medicinæ.

Commentariũ in quartum Iſidori, q̃ eſt de medicina.

ANNVLVS MEDICI CHRIstiani Symphoriano Campegio authore, ad Antonium & Claudium filios.

QVoniam grex ad vocem proprii pastoris accurrit: ita & Christianorum filii genitoris, ac patris admonitionibus gaudent. Quia ergo charissimi filii Antoni, & Claudi poposceratis à me, vt vobis aliquid,

quod ad eruditionem veri, ac Christiani medici pertineret, tale componerem, vbi neq; laboraret in intelligendo ingenium, aperto, & satis plano sermone Annulum christiani medici vobis scripsi, quem ex diuersis philosophorum libris, ac sententiis collegi. Hunc vero cum legeritis, inuenietis tam breuẽ, vt videatis singulis versibus ingentes explicari sensus. Omne autem opus ita breue est, vt de manu veri ac Christiani medici nunq̃ possit recedere: totus hic liber alicui⁹ preciosi optinẽs annuli locũ, vt nũc à nobis ad vicem verbi, & sapientiæ monilibus adornet. Nunc ergo interim à vobis habeatur in manibus vestris pro annulo liber, paulopost vero in thesaurum proficiẽs totis seruetur in corde disciplinis, & bonorum actuũ cõmuniones de intimo suggestur⁹ archano. Addidi & quędam religiosi parentis ad filios, sed breue totum, vt merito omne opusculum, vel Enchiridion, si Græcè, vel si latinè, Annulus appelletur.

ANNVLVS AVREVS medici Christiani. Cap. I.

MEdicus Christianus tria potissimum deuitare debet, venerea, auaritiam, & ambitionem. Studiũ enim diuitiarum, atq; dignitatum maxime oĩm nocet studio literarum. Nihil aũt magis impedit literas, q̃ ciuilis ambitio. Et homo sine castitate, & religione bestiis est infelicior.

Caput. II.

Homer⁹. Hippocr. Galenus.

VIr medicus multis aliis ęquabitur vnus. Quapropter Democrito scribit Hippocrates se in ipsa iã constitutum senectute nondum medicinæ finem attigisse. Et Galenus ait, cum nonagenarius esset, tunc demum pulsus tenere naturam.

Caput. III

PRudentis Medici est nihil pręter salutem animi, bonamq; corporis valetudinem exoptare. Solus enim Christian⁹ medicus curare morbos corporis & ani-

mi poteſt. Nam vt ſcribit Plato in Charmide. Quemadmodum oculos ſine capite curare non decet, neq; ſine reliquo corpore caput, ita neq; ſine anima corpus. Omnia namq; vel bona vel mala ab anima in corpus, & hominem totum manant.

Plato in charmide

Caput. IIII.

DIligentia victus (vt ſcribit Plato) corrigẽdi, & gubernandi ſunt morbi, prout cuiq; datur otium, neq; difficile infeſtum q; malum pharmacis inſtigandum. Morbi enim niſi periculoſiſſimi ſint, pharmacis irritandi non ſunt.

Plato in libros de vniuerſo.

Caput. V.

CVm ſerui (vt ſcribit Plato) & liberi ĩ ciuitate ægrotent, ſeruos à ſeruis plærumq; curari videmus, qui & in pharmacopolarum officinis verſantur, & omnia circũeũt, nec rationem vllam de ſingulis ſeruorum morbis aut reddunt, aut accipiunt: ſed quæ vſu prodeſſe videntur, quaſi exactè ſcientes, tyrannorum inſtar ſuperbè, & pertinaciter imperant, atq; ita à ſeruo ad ſeruum medentes trãſuolant. In quo ſanè ad curãdos ægrotantes domino falſitatem parant.

Plato. iiii. legum.

Caput. VI.

MEdicus autem liber, vt idem ſcribit Plato, liberorum vt plurimum morbos curat, atq; conſyderat, ita vt à principio morbi naturam perquirat, communiterq; cum ægrotante, atq; eius amicis verſetur, tum diſcendo ab illis nonnihil, tum quoad fieri poteſt, docẽdo: nec antea imperat quicq̃, q̃ perſuaſerit, atq; ita perſuadendo ſemper manſuetè ad ſanitatem perducere ægrotantes conatur.

Plato in eodẽ. iiii. de legib9.

Caput. VII.

PLato in Gorgia dicit medicinam eſſe artem, propterea q medicinæ facultas illius quod curat naturam conſyderat, & cauſam eorum quæ agit, poteſtq; horum cuiuſq; reddere rationem. Et in Sophiſta inquit. Medici namq; tradũt ſalubribus epulis nõ prius

Plato in Gorgia de rhetorica.

Plato ĩ ſo

phista de ente. Plato in charmide de temperantia.

nutriri corpus, quàm impedimenta pellantur. Hac de causa (vt in Charmide scribit) regulis quibusdam toti conferentibus vtuntur, & à toto ad partem transeunt restituẽdã.

Caput. VIII.

Apuleius madurẽsis Platonicus i lib. de asino aureo.

MEdicorum sectæ (vt Apuleius scribit) nõ conuenit causas vlli præbere mortis, nec exitii: sed saluti hominum medicina quæsita est. An ignoras (inquit) eos qui morituris auxilium salutare denegarint, quod cõtra bonos mores idipsum fecerint, solere puniri?

Caput. IX.

Curtius rufus lib. v. de gestis alexãdri magni. Idẽ in. vj.

MEdici quoque (vt Curtius Rufus scribit) grauiores morbos asperis remediis curant: & gubernator vbi naufragium timet, iactura quicquid seruari potest, redimit. Et sicut in corporibus ægris nihil quod nociturum est medici relinquũt, sic quicquid obstat imperio, recidendum est. Parua sępe scintilla contempta magnum excitauit incendium.

Caput. X.

Eusebius pãphilus lib. j. de euãgelica prępara tione. Diuus Ambrosius lib. de noe & archa capi. xvii.

MEdico à quibus cauendum, & quibus vtendum consulenti nisi quis credat, parum sibi peritia ipsius conferre poterit: nec plus doctor discipulis, qui non credunt vtilitatem quandam à doctrina se cõsecuturos, nec philosophiæ sectam vllam quispiam vnquàm suscipiet, nisi antea crediderit commodo sibi futurum. Et vt diuus Ambrosius inquit. Obest ad ęstimationem medico scire quid prosit, & quid noceat ægro, nisi cognitione ea quemadmodum oportet vtatur, & ideo non est cognitio bona, nisi ea vtaris vt oportet.

LIBER SECVNDVS DE Annulo medici Christiani.

Caput. I.

v. decretaliũ tit. de pœ. & re.

EST in quinto Decretalium titu. de pœni. & re. caput, cuius initium est: cum infirmitas corporis. vbi duo in medicos decreta sunt. Primum, vt priusquàm ad infirmorum curam deueniant, eos admoneant, vt medicos

aduocent animarum. Secundum, ne infirmis quicq̄ suadeant, quod in perniciem vergat animarum. Nam duo medicorum, & medicinarum genera sunt, vnum quo exterior, alterū quo interior homo curetur. Ex duplici em̄ substantia corporis scilicet & animę constat homo: ita duplex est hominis morbus, animi videlicet, & corporis, animi, vt ignorantia, corporis, vt febris. Quapropter inquit Azaronus Arabs. Ægritudines nonnunq̄ inuadunt homines ex malitia regiminis cibi, & potus, & ex peccatis, & pręuaricationibus, & vltima causa ex maledictis dęmonibus, qui dicuntur Alabin. His igitur quæ lex Christiana, & ratio damnant prætermissis, sic de corporis sanitate medico Christiano curandum est, vt quicquid ad corporis sanitatem referatur, à salute animæ sumatur exordium. Quod si morbus incurabilis inueniatur, virum sapientem æquo animo ferre decebit morbum tanq̄ à Deo missum, qui nunq̄ percutit nisi vt sanet, qui nos castigat vt meliores reddat.

Duo medicorū genera.

Azaron⁹ arabs medicus.

Dęmones qui dicuntur Alabin.

Caput. II.

Corpus medicinæ remediis curatur. Spiritus (qui aereus sanguinis vapor est, & quasi quidam animi, corporisq́ue nodus) aereis quoq; odoribus, sonisq́ue, & cantibus temperatur, & alitur. Animus deniq́ue tanq̄ diuinis theologiæ mysteriis expiatur. Siquidem phœbus (vt in epistolis Hippocratis legitur) animi, atq; corporis curationem coire in vnum arbitratur. Vnde apud Ægyptios, atq; Persas iidem sacerdotes erant, & medici. In primis meminisse debet Christianus medicus authorem sanitatis Deū esse, instrumentum Dei esse naturam ad sanitatem efficiendam, & seruandam. Medicū vero vtriusq; ministrum, vt artifici non vires, sed materiam præparet, & impedimenta dimoueat, qui si importune sistere, vel mouere materiam velit, sæpe malè vtrumq; agit, & naturam impedit, quæ bene exequeretur vtrumq;.

Hippocrates in epistolis.

Medicus minister Dei & naturæ.

Caput. III.

Btũs Ambrosi⁹ lib. de Noe& archa capi. xii.

MEdicinæ principiũ (vt scribit diu⁹ Ambrosius) est causas lãguoris incidere, ne diutius ea quæ nocent ad incrementũ ægritudinis ministretur. Quod nos etiã lex docet. Cum enim steterit lepra, vt iam non diffundatur, tunc ait mundam esse lepræ stationem quandam & mansionem. Quicquid enim præter naturã mouetur, immũdum est: hæc etiam est animæ sanitas, hęc salubritas mentis, vt affluentia cesset erroris, sistatur cul pa, ne serpat.

Caput. IIII.

Diu⁹ Hieronymus parte. iii. epistola. ep̃la. xli. cap. xii.

BIbere, & comedere nõ delitiarum ardorem debet excitare, sed sitim, famemq́ꝫ restinguere. Qui carni bus vescuntur, indigent etiam his quę sunt carniũ. Qui autem simplici victu vtuntur, eos carnes non recipe= re. Sapientiæ ergo operam dare non possumus, si mensæ abundantiam excogitemus, quę labore nimio & cura in= digent. Cito expletur naturæ necessitas, frigus simplici ve stitu, & fames cibo expelli potest.

Caput. V.

Hieronymus eadẽ epistola.

LEgimus quosdam (vt idem scribit Hieronymus) morbos articulorum, & podagræ, humoribus pro= scriptionem bonorũ ad simplicem mensam, & ad pauperes cibos redactos cõualuisse. Caruerant enim sol= licitudine dispensandæ domus, & epularũ largitate, quæ & corpus frangunt, & animam.

Caput. VI.

Horatius

HOratius irridet appetitum ciborum, qui consum pti relinquũt pœnitentiam, sed etiã ex vilissimis cibis vitanda satietas. Nihil enim ita obruit ani= mum, vt plenus venter, & æstuans, & huc illuc se vertẽs, & in ructus, & in crepitus ventorum efflatione respirãs. Orpheus quoqꝫ in carmine suo esum carnium penitus detestatur. Ad orationem nocte consurgentem non indi= gestio cibi ructum faciat, sed (vt inquit Hieronymus) ina= nitas. Nam quidam vir inter pastores eximius. Sicut fu= mus, inquit, fugat apes, sic indigesta ructatio auertit spi=

Orpheus in carmine suo.

Hieronymus ꝑte

ritus sancti charismata. Ructus proprie dicitur indigestio cibi, & concoctarum escarum inventum efflatio. Quomodo ergo iuxta qualitatem ciborum de stomacho ructus erumpit, & vel boni, vel mali odoris flatus indicium est: ita interioris hominis cogitationes verba proferunt: & ex abundantia cordis os loquitur.

iii.ep.tra. ix.ep.xli. cap.xv.

Caput. VII.

SI quis contra præceptum medici sumptis malorum ciborum succis, & corporis turbata temperie, vel febres, vel quoslibet huiuscemodi incurrerit morbos, certum est ꝙ non per medicum, sed per intemperantiam suam pestem languoris acceperit. Si vero medici præcepta custodiens in sospitate perduret, vtiq; per medicum dicetur habere gratiam sanitatis.

Origenes adamãtius in explanatione pauli ad Romanos capi.ii.

Caput. VIII.

DE ipso vero corpore (vt scribit Augustinus) tot existunt morborum mala, vt nec in libris medicorum cuncta compræhensa sint, in quorum pluribus ac pene omnibus etiam ipsa adinuenta, & medicamenta tormẽta sunt: vt homines à pœnarum exitio pœnali eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit sitientes homines ardor immanis, vt vrinam quoq; humanam, vel etiam suam biberent?

Augustinus libro de ciuitate dei.xxii. capite. xxi.D.

Caput. IX.

PRopter crapulam multi obierunt: qui autem abstinens est adiiciet vitam. Noli ergo auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas. Quapropter dicebat Paulus. Esca nos non commendat Deo: neq; eñi si manducauerimus, abundabimus, neq; si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.

Eccle. ca. xxxvii.

Ad Corin.j.cap. viii.C.

¶ Explicit libellus secundus.

ANNVLI MEDICI CHRI-
stiani Liber tertius.

Medicorum priuilegia.

Quoniam medica facultas, cuius inuestigationi ob eius eminentiã, & reges, & principes olim non parum operę impenderunt, semper maximi ęstimata est, libuit in huius opusculi calce quib9 eiusdem professores gaudent, priuilegia ex iuris Cæsarei corpore deprõpta annectere. Hippocrates enim maximus medicorum fuit, qui ob depulsam arte medica pestilẽtiam ex Illirico in Græciam venientem, honores illos meruit à Græcis quos Herculi derceuerunt. Quapropter Medici munera ciuilia suscipere non tenentur. l. medicos. C. de professo. & medi. lib. x. Et in qualibet ciuitate ob eius dignitatem debet certus numerus statui. l. j. ff. decre. ab ordi. fa. qui habere debent curandorum corporum officium.

Hippocrates.

Prĩa lex medicorum

Podaliri9 Machaõ. Æsculapius. Chiron. Achilles. Thelephus. Secunda lex medicorum.

Podalirius & Machaon Thracẽses Æsculapio geniti accersiti ab Agamẽnone ad bellũ Troianum ob scientiam medicæ artis, ex Trachia naues. xxx. quas ex diuersis ciuitatibus quæ sub eis erant, construxerunt. Item Chiron auus Achillis cum Machaone, & Podalirio Thelephum regem curauit, & plurimum Græcis Chiron, Achilles, Podaliri9, & Machaon in eo bello in curandis summo studio vulneribus opitulati, summam ob id gloriam adepti, meritis quorum immunitas rerum omnium post bellum est concessa. Quapropter medici tam ipsi, ꝙ eorum liberi, & vxores ab omni munere excusantur. d. l. medicus. & . l. fi. in fine. de vaca. & excu. mu.

Æsclapi9, Apollo, Chiron. Achilles, Podaliri9 Hippoc. iiii. lex medicorum.

Apollini Æsculapio, Chironi, Achilli, Podalirio, Machaoni, & Hippocrati adduntur Orpheus, Musęus, Hesiodus, Pythagoras samius, & Democritus, qui medendi rationem magno studio quęsierunt. Ea de re Medici, & maxime Archiatri non tenentur hospites recipere in suis domibus etiam adueniente principe. ff. de mune. & ho. l. fi.

HErasistrat⁹ Chrysippi discipul⁹ ex Aristotelis filia genitus Antiocho rege sanato cētū talētis donatus est. Quapropter medicis durante tempore quo stant in prelio pro curādis infirmis non currit praescriptio. l. ii. C. quibus non ob. long. temp. praescrip.

Herasistratus. v. lex medicorum.

QVum Roma vrbs, teste Liuio, peste laboraret, īspe ctis libris Sibyllinis decem legati à senatu missi ex Epidauro Deum Æsculapium in specie serpentis Romam adduxerunt, & cessauit pestis. Quare medici in iudicium inuiti deduci non debent. dicta. l. medicos. C. de professo. & me.

Titus liuius. vj. lex medicorum.

MIthridates sua aetate regū maximus omnes antecessores (vt fama est) medendi diligentia superauit: commentationes eius, & exemplaria Pōpeius magnus in latinam linguam A Leneo liberto suo transferri iussit. Quapropter medici à tutela, & cura excusantur. l. si duas. §. grammatici. ff. de excusa. tu.

Mithridates. vij. lex medicorum.

ANtonio Muse Caesar Augustus ꝙ fuisset ab eo graui morbo liberatus, statuā aureā iuxta Æsculapium locari mādauit. Ea de re Medicus filiusfamilias potest testari de quasi castrensi peculio. l. cum antiquis. vbi glos. à doct. C. de inoffi. testa.

Antoni⁹ musa. viii. lex medicorum.

ASclepiades prusiensis nouam medicinam explosa veteri inuenit. Et Euax rex Arabum, & Sabor medorum rex plurima in medicinis volumina scripserunt. Quare Medicus habere debet salarium de publico. dicta. l. medicos. C. de professo. & medi.

Æsclepiades. Euax rex. Sabor rex. ix. lex medicorum.

ALexāder magnus macedo in medica arte ita emicuit, vt etiam (Plutarcho teste) medicinae studiosus aliquādo aegrotantibus amicis opem tulerit.

alexāder macedo.

Iustinus. Et vt Iustinus lib.xii.refert.Cum venisset ad vrbem Ambigeri regis, inuictum ferro audientes,sagittas veneno armant,atq; ita gemino mortis vulnere hostem à muris summouentes, plurimos interficiunt. Cum inter multos letaliter vulneratus etiam Ptolemęus, moriturusq; iam videretur,per quietem Alexãder cognouit herbam,qua in potu accepta statim periculo est liberatus. Maiorq; pars exercit⁹ hoc remedio seruata est. Quapropter medicis medicantibus pauperibus permissum est recipere salarium de publico.l.archiatros.C.de professo.& medi.li.x.


x.lex medicorum.

Adrian⁹ dictus helius.

ADrianus imperator cognomento Helius consobrinę Traiani filius,vtraq; lingua eruditus,&(vt scribit Helius spartianus historicus) musicæ,medicinæq; artis scientissimus multas leges composuit. Ea de re omnia priuilegia ab imperatoribus concessa ;medicis,vidẽtur concessa liberis,vxori,& familiæ,vt in.l.sæpius supra allegata,medicos.&.l.finali.circa finem.C.de professo.& medi.

Vltima lex medicorum.

FINIS.



ERRATA QVÆ INTER castigandum nimio accelerādi stu dio admissa sunt.

Fo.ii.annotatio.5.ꝙ sit,lege quod.
Folio.vii.annotatio.15.nono Almans.lege noni.
Folio.viii.annotatio.17.Aristoteles.4.de gen.ait.loco ait lege animalium.
Folio.viii.annotatio.17.in hebraica dictione sunt puncta transposita.
Folio.9.annotatio.18.indigitat.lege indigitant.
Folio.x.annotatio.21.in sua qualitate,lege quantitate.
Folio.xi.annotatio.22,θεῶν χεῖρεσ.lege χεῖρασ.
Folio.xii.annotatio.23.G.S.catal.id est,Georgio Simoni Catalo.
Folio.xii.annotatio.23.ἐρισίπελασ lege ἐρυσιπέλασ.
Folio.xxii.annotatio.23.in sanis nobis iā diu.lege tādiu.
Fol.xxiii.annotatio.25.quid quod pene.lege itaq; pene.


LABORES MANVVM TVARVM/
QVIA MANDVCABIS:
BEATVS ES/ ET BENE TIBI ERIT
B B
BENOIST · BOVNYN